Grieg


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 G
19

BREVIS ET ACCVRATA


PRAXIS IVDICIARIA TRIBVNALIVM VRBIS

D. CAMILLI CAPPVCCII
I. V. D. Aesini in Romana Curia Procuratoris.

CVM PRIVILEGIO.







R O M AE

Typis Iacobi Phaei Andreae filij. M. DC. LI.

SVPERIORVM PERMISSV.


EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI

D. FRANCISCO CHERVBINO.

S. R. E. Cardinali Amplissimo.

CAMILLVS CAPPVCCIVS FOELIC.





IVVENTVTEM, quam Romæ consumpsi in patrocinando causas ab anno 1627. Iam diu deuotam meritis virtutum E. V. dicaueram, nunc auctus annis & anxius sub pennis vestri Cherubini tutari; opusculum super Praxi Tribunalium Vrbis, Credo non inutile Iuuētuti, non sine sudore durante Sole in Leone presentis Anni compositum Protectioni E. V. omni cum humilitate subijcio. nec sine causa recur-

recurro ad Purpuram Vestram, quia sic prosequor possessionem Deuotionis, & Seruitutis, quam Doctor Dominicus Cappuccius meus antecessor iam ab antiquo Nobilissimæ Cherubinorum familiæ dedicauit, annuat supplico E. V. desiderio meo, & viuat in euum. Anno 1651.

A D


AD

LECTOREM.

AMICE opusculum quod vides vtilitati Iuuenum compositum acceptabis ea intentione, qua fuit æditum, si aliquos errores reperies occupationibus meis condonare non dedignaberis, alijs enim implicatus negocijs impressionem reuidere non potui. Vale

PRAXIS

PRAXIS IVDICIARIA
Tribunalium Vrbis.



DE IVDICIIS.



SITATA iudiciorum distinctio fit huiusmodi, aliud dicitur Ordinarium: aliud summarium: aliud verò Executiuum. Nos
Incipiemus ab Executiuo tanquam à faciliori.

DE IVDICIO EXECVTIVO.

EXecutiuum igitur est illud: quod agitur vigore obligationis Cameralis, vel vigore obligationis guarantigiatæ, adiectæ in quocumque contractu, re, & negocio, & prolongato, quando agitur in Tribunali Illustrissimi A C. & Eminentissimi Vicarij; nec excluditur, quando agitur pro alimentis futuris, & alijs huiusmodi, vt infra.

In obligatione Camerali, quando obligatio fuit stipulata in Tribunali Auditoris Cameræ, inter easdem partes, & quando in obligatione fuit consensum, siue susceptum mandatum executiuum, & non fuit facta mutatio personarum, fit citatio in hac forma.

A. C. Melchiorio.

CItetur D. Seius ex aduerso principalis ad soluendum, seu soluisse docen. instanti summam debitam, & ad docendum de quacumque noua conuentione, satisfactione, & alijs quibuscumque præiudicialibus, necnon calculandum, & calculo facto soluendum, & adimplendum om-

nia, & quæcumque per eum promissa iuxta formam suæ obligationis in actis rogat. die 1. Maij 165●. alias videnaum contra ipsum decerni, & relaxari mandatum executiuum in obligatione susceptum ad primam diem. Instante D. Meuio principali, siue &c. Serantonius Notarius.

Ista citatio datur Cursori, qui iuxta stilum illam exequitur saltem domi dimissa copia, debitoris, quod sufficit in Tribunali A. C. *Rota in Romana Census 13. Iunij 1646. coram R.p. d. Peutingerio*; & deinde illam subscribit in calce per hæc, vel similia verba: *Feci domi dimissa copia*; vel, *Feci personaliter, die prima Aprilis 1651.*

Ista citatio sic executa reproducitur in actis, vbi fuit stipulatum instrumentum, & in termino illius ante audientiam datur Notario substituto causæ, vel à Procuratore instantis, vel ab ipso principali: & si reproducitur à Procuratore, Substitutus apponit hæc verba. *Relatione facta, comparuit talis Procurator*; si verò reproducit principalis, apponit hæc verba. *Relatione facta, comparuit idem citra, &c.* & deinde legitur coram Iudice, qui illa audita solet pronunciare iuxta petitionem, & Notarius solet decretum extendere per hæc verba: *Petijt, & instet, & obtinuit, vt supra, nisi ad p.d. cum intimatione, omnis &c.*

Intimatio verò huiusmodi decreti solet esse huiusmodi.

A. C. Melchiorio.

INtimetur D Seio exaduerso principalis qualiter Dominus decreuit & relaxauit mandatum executiuum, & alias, prout in actis Instante D. Meuio principali, siuè, &c. Serantonius Not.

His peractis, & transacta prima die Iuridica post executam à Cursore modo, quo supra intimationem, si citatus nihil opponit, quod releuet, nec soluit, nec suscipit terminum triginta dierum ad soluendum, expeditur mandatum executiuum iuxta formam Tribunalis illius, cuius vigore vel deuenitur ad capturam personæ ipsius debitoris qui detrusus in carcerem non solet dimitti, nisi soluto debito, vel habito recursu ad sacram Visitam, quæ iuxta conditionem personæ, aut reijcit illius petitionem, quia poterit soluere, aut illum, si est mediocris conditionis, & sic de facili soluere non potest solet excarcerare cum cautione de concordando infrà certum tempus, vel cum dilatione certi temporis, data fideiussione de soluendo certam summam quolibet mense vel etiam facta indicatione bono-

rum

tum, & pręstita cautione de redeundo ad carceres, quatenus bona non sufficiant, vel in casu impedimenti, & taliter, vt videre poteris in Reformatione sanctę memoriæ Pauli Quinti. *tit. de facultatibus Visitatorum carcerum fol. mihi 49.* ad quam me remitto,

Si verò non fit captura personę debitoris, & deuenitur ad executionem realem; hoc casu, aut executio fit super mobilibus, aut verò super stabilibus; creditor enim habet pignoris magis beneuisi electionem, *Rot. in Cremen. seu Ianuen. pecuniaria. Iulij 1648. coram R. P. Royas.*

Si fit super mobilibus, birruarius illa solet asportare ad Depositariam Vrbanam, ibique Custodibus deputatis consignare, & hoc casu fit citatio sequenti modo.

A. C. Melchiorio.

Citetur D Seius ex aduers. p. ad viden. mandari consignari pecunias in executione captas D Instanti pro concurrente quantitate sui crediti, quatenus pecunia: quatenus verò bona, videndum mandari consignari Depositariæ Vrbanæ ad effectum subhastandi, & subhastari mandari, mandatumque de subhastando in forma concedi ad p. d. Instan. &c.

Hęc citatio exequitur per Cursorē, & deinde veniente hora audientię reproducitur in actis, & obtinetur decretum, *nisi per totam*; & transacto termino totius diei, Notarius, si debitor dedit pecunias loco pignoris, dat mandatum de consignando dictas pecunias creditori. Si vero fuerunt capta mobilia, tunc concedit mandatum de subhastando, & quandoque ipse etiam in mandato iniungit quòd *quatenus pecuniæ, consignentur Creditori; quatenus verò bona, consignentur Depositariæ ad effectum, vt supra*. Quod mandatum de subhastan. bona, vt infra dicetur, in subhastatione stabilium, consignatur Cursori, & seruentur omnia, quę seruantur in subhastatione stabilium, excepto edicto, quod in mobilibus non solet hodie fieri.

Aduertendum est etiam, quod in citatione ad videndum mandari deliberari, fit decretum, *nisi infra decem cum intimatione*; & quod deliberatio mobilium fit per Depositariam absque interuentu cursoris, & venditio illorum fit per incantatorem vltimo, & plus offerenti. Qui si habet pecunias in promptu, potest statim secum dicta bona deferre soluto pretio; si verò non habet in promptu pecu-

cunias, debet dare arram saltem iulium pro quolibet scuto, & habet tempus decem dierum redeundi ad accipienda bona, & soluendum integrum pretium: si verò non redit durante dicto termino, perdit arram, quæ conuertitur in vtilitatem Depositariæ, & loci pij sanctę Euphemię ex motu proprio sanctę memorię Vrbani Octaui, & bona iterum venduntur, & dicitur per contanti; & pretium absq; alio ministerio Notarij per ministros Depositariæ consignatur creditori, retentis emolumentis eidem debitis.

Si verò executio debuit fieri super stabilibus, pars creditoris accipit Notarium, & executorem, illosque conducit ad locum faciendæ executionis, ibique intus corpus executandum Notarius coram testibus adstipulatur executionem, in hunc vel similem modum.

Die tali N. executor Illustrissimi & Reuerendiss Domini Auditoris Cameræ habens seù tenens præ manibus mandatum executiuum relaxatum à Reuerendo patre Melchiorio per acta mei pro scutis mille ad fauorem domini Meuij contra dominum Seium, fecit executionem in & super domi eiusdem domini Seio, &c. Et hoc instrumentum extenditur à Notario iuxta stilum Tribunalis, secumque illud defert ad eius Officium, birruarius verò recepta competenti mercede iuxta formam supracitatę reformationis defert notulam ad dictam Depositariam Vrbanam, vbi custodes ad id deputati illam adnotant in libris executionum ibidem retentarum.

Tu tamen aduerte, quod licet Rota aliquando ex ęquitate, & ad euitandos circuitus sustinuerit executionē excessiuam pro summa debita, dummodo non fuerit deuentum ad effectualem spoliationem, & consummationem actus, vt *in Vrbeuetana restitutionis dotis 14. Decembris 1643. coram Reuerendo patre Feuntingerio*, & *in Bonon. manutnetionis 26. Iunij 1647. & secunda Februarij 16 8. coram eodem*, & de stilo Auditoris Camerę sustineatur mandatum obtentum pro plus debito, vt *in Romana dotis de lomis 14 Iunij 1630 coram bonæ memoriæ Motmanno*, *& in Lucana expensarum 26. Februarij 1607. coram bonæ memoriæ Iusto*. Tu tamen totius ages, si & mandatum obtinet as pro summa certa, & iure debita, & verè, & realiter pro eadem summa facies executionem; quia aliàs de rigore executio excessiua, etiam in obolo dicitur nulla *Ias in l. si non sortem §. si centum numero 2. ff. de condict. indebit.* & admittit *Rot. in Ferrariensem attentatorum 14 Martij 1629. coram* Durano. *& in* Romana *palatii 19. Ianuar 1615. coram Buratto* Et nos docet *Salustius Tiberius in sua praxi, de nullitat. & reuocatione mandati, & executionis cap. 37. num. 2. lib. 1.*

Si

Si autem Iudex pronunciauit, super qua re sit facienda executio non datur amplius variatio: quia hoc habere locum, quando ex dicta executione Creditor potest in omnibus sibi satisfacere, & dari variationem de vna re ad aliam, & de re ad personam, dixit *Rota in Romana decima Decembris 1632. coram bonæ memoriæ Pirouano*, & quod habens huiusmodi obligationem Cameralem, possit variare de re ad rem, & de re ad personam, quando per captionem vnius pignoris, vel alterius, non est consultum pro integra satisfactione Creditoris, dicit etiam *Rota in Romana Saluiani 28. Martii coram* R.P.D. *Ghislerio*.

Post factam executionem instatur pro subhastatione in hunc modum,

A. C. Melchiorio.

Citetur D. Seius ex aduerso principalis ad videndum mandari subhastari pignora in executione capta, & mandatum de subhastando in forma concedi ad primam diem. Instante &c.

Hæc citatio executa modo quo supra per Cursorem, reproducitur, & fit decretum in hunc modum.

Relatione facta comparuit idem citra &c. et petijt, & obtinuit, vt supra nisi per totam, omni, &c.

Vigore huius decreti absque alia intimatione expeditur mandatum de subhastando in forma & deinde consignatur Cursori pro subhastationibus deputato, qui illam solet adnotare in quodam libro per Cursores retento ad istum effectum, & qui curam in se suscipit affigendi edicta solita pro dicta subhastatione, si bona, quæ subhastantur sita sunt infra septa Vrbis, & Territorio Romano; si enim bona executata essent in territorio alicuius Castri, Terræ, vel Ciuitatis, tunc edicta expediuntur à Notario post datum mandatum de subhastando, illaque affiguntur in loco, sub cuius territorio talia bona sita sunt, ad effectum, vt incolæ illius sint informati de tali subhastatione, & possint infra mensem in edictis destinatum comparere Romam ad faciendas oblationes in actis Notarij causæ: hoc enim respicit vtilitatem debitoris, ne bona per incuriam ipsius, vel per malitiam creditoris vendantur minori pretio, quam possit reperiri.

Aduertendum est etiam, quod supradictus Cursor in actu receptionis mandati de subhastando solet à tergo illius apponere, & adnota-

notare tres oblatores, quorum ſecundus debet offerre plus quam obtulit primus, & ſic tertius plus quam ſecundus, & receptis dictis oblationibus, affixiſque edictis ſolet conſignare creditori cedulam nuncupatam ſubhaſtationis, quæ vt tutius incedatur, reproducitur in actis cauſæ præuia citatione ad dicendum contra iuta, cuius formulam habemus inferius, & productio talis cedulæ ſolet eſſe huiuſmodi.

Pro D. Meuio, &c. contra D. Seium.

In Officio mei, &c. idem, citra, &c. & ad docendum de edictis, & diligentiis neceſſariis, facto produxit cedulam ſubhaſtationis, tenoris, &c.

Et aduertatur, quòd idem eſt faciendum, ſi edicta fuerunt in partibus affixa.

Deindè fit citatio ad videndum deliberari ſub huiuſmodi tenore.

A. C. Melchiorio.

C*itetur D. Seius ex aduerſo principalis ad viden. mandari deliberari pigniora in executione capta vltimo, & plus offerenti, & mandatum de deliberando in forma conceai ad primam diem, Inſtante, &c.*

Iſta citatio conſignatur Curſori ad effectum, vt illam modo, quo ſupra exequatur. Sed tu aduerte, quod Curſor tuus illam non exequetur, niſi ante omnia ſatisfeceris Curſori deputato pro ſubhaſtationibus de medijs groſſis ſolui ſolitis ad rationem vnius medij groſſi pro quolibet ſcuto: tunc enim quando fuit facta dicta ſolutio vſque ad numerum ſummæ oblatę, dictus Curſor deputatus ſolet attergare citationem exequendam cum indicatiua, quòd recepit pro ſumma tunc vſque oblata.

Facta iſta diligentia, Curſor ordinarius illam exequetur abſque difficultate, & executam reddet principali, vel Procuratori, & tunc reproducetur, & obtinebitur decretum, R*elatione facta comparuit idem citra, &c. & petiit, & obtinuit, vt ſupra, niſi infra menſem, cum intimatione, omni, &c.*

Intimatio verò erit huiuſmodi.

A.C.Mel.

A. C. Melchior.

I*Ntimetur D. Seio exadu. princ. qualiter Dominus mandauit deliberari pignora in executione ablata, de quibus in actis, & mandatum de deliberando decreuit, & relaxauit, & alias, prout in actis; Instante, &c.*

Est autem aduertendum, quod tàm prędicta, quam omnes aliç intimationes simplices, possunt quandocunque reproduci, dummodo consignetur Notario ante expeditionem cuiuscunque mandati, cui dictę intimationes adaptantur; antea enim non est necessaria illarum reproductio, quia decreta, seù illorum tempus nihilominus currit, perinde ac si essent reproductę: solent tamen ante expeditionem retineri penes se, aut ad faciliorem reperitionem decretorum, vel etiam ad effectum, vt Creditor, cuius magis interest, illas melius conseruet, ne incuria alicuius Notarij, per illarum amissionem, mandatorum expeditio retardetur.

Durante mense post intimationem, solent, vt plurimum comparere in actis maiores oblatores, & offerre, quod cuilibet magis placet: & tales oblationes solent recipi à Notario in forma Instrumenti, cum obligatione Camerali, iuramento, & testium adiectione.

Et si comparuit oblator, qui congruum pretium offert, nisi superueniat alter maior oblator, bona deliberantur illi.

Aduerte tamen, quòd vltimus oblator semper debet intimare eius oblationem penultimo, quia fortasse ille posset iterum offerre maiorem summam; & si ista intimatio deficeret, deliberatio esset nulla, *Rota in Romana subbastationis decima Maij, & decima Decembris* 1623 *coram bonæ memoriæ Buratto*. Et Intimatio potest esse huiusmodi.

A. C. Melchiorio.

I*Ntimetur D. Caio exadu. princ. oblatori super bonis executatis D. Seio, qualiter Instans obtulit super eisdem bonis scuta tot. Ideò ad eius notitiam deducit, ne ignorantiam prætendere valeat, & alias prout in actis. Instante, &c.*

B* Po-

Poteſt etiam hęc intimatio fieri à Creditore, mutatis mutandis, prout quiſque ex ſe aduertere poterit.

Vt verò tutior poſſit fieri deliberatio, eſt conſideranda Rota *in dicta* Romana *ſubhaſtationis* 10. *Maij*, *&* 10 *Decembris* 1623. *coram bona memoria Buratto*, ad quem, & Addentes, remitto Lectorem.

Et vlterius, quòd pro paruo credito non conceditur deliberatio rei magni valoris, vt voluit Rota *in Piſaurien. donationis* 26. *Iunij* 1647. *coram* R. *p. d. Otthobono*.

Tranſacto dicto menſe, & conſideratis ſuperiùs ponderatis, Notarius rehabita intimatione, ſeù intimationibus illuc vſque factis, ſolet in forma ſolita expedire mandatum de deliberando, quod conſignatur Curſori, & cum illo proceditur ad Depoſitariam Vrbanam, ibidemque ſub die Martis ante prandium, & die Veneris poſt prandium, publicè per Incantatorem tale mandatum, vel eius ſubſtantia publicè legitur coram Populo ibi ad offerendum coadunato; & deinde alta, & ſonora voce dictus Incantator publicat ſummam vltimi maioris oblatoris, ad hoc, vt ſi aliquis plus velit offerre, poſſit meliorare conditionem debitoris: eoquè facto per aliquot vices dando terminum primę, ſecundę, & tertię momentanee dilationis, ſi in prima, & ſecunda nullus offert cum tertio termino fit deliberatio vltimo maiori oblatori. Quo notato per Deputatos publicę venditioni aſſiſtentes in libris per vnumquemque retentis, Curſor vigore prędicti mandati mediante publico Inſtrumento à Notario cauſę rogato deliberat dicta ſtabilia vltimo offerenti, pretiumque oblatum recipit, & Creditori ſoluit vſque ad quantitatem illi debitam, & ſi quid ſupereſt, fert ſecum illudque poſteà conſignat ſacro Monti Pietatis, formando partitam nomine ipſius Curſoris, reportando ab eodem ſacro Monte cedulam ſummę depoſitatę, quam poſteà in hunc modum conſignat dicto Notario cauſę, adnotando in broliardo Cedulę huiuſmodi productionem in hunc modum.

Pro D. Meuio contra, &c.

In Officio mei, &c. *Carolus de Naue Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę Curſor facto produxit* C*edulam ſacri Montis Pietatis ſcutorum tot, tenoris, &c. proteſtans non conſignari, niſi citato* D. *Seio, &c. facta legitima quietantia, aliàs, &c. omni, &c.*

Aduerte, quod huiuſmodi depoſitum fit in ſacro Monte Pietatis, quando ſumma excedit ſcuta quinque, vt diſponit Gregorius Decimus tertius *Conſtit.* 94. *in Bullario nou. tom.* 2. *pag.* 261. & Cle-

Clemens Octauus. *Constitutione octuagesima octaua Tomo tertio pag. 98.*

Si verò non excedit scuta quinque, tale depositum fit penes Notarium in hunc, qui sequitur modum.

Pro D. Meuio, &c. contra, &c.

In Officio mei, D. Carolus de Naue Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursor, & facto depositi penes me, &c. scuta quatuor, & b. 50. protestans, &c.

Aduerte etiam, quòd si deliberatio fieret, vel non præsente pecunia, vel non habita fide de pretio, ita vt debitor non liberaretur, deliberatio esset nulla, vt *in Anconitana Prædij 29. Decembris 1630. coram Eminentissimo Verospio*, quam vide, ne incidas in laqueum: quia nec habere fidem de pretio sufficit quando deliberatio fit pro maiori summa, quam sit creditum illius, ad cuius instantiam fit deliberatio.

Et quòd si tu velles impugnare talem deliberationem in nouis, non posses, *Rot. in Romana* Censuum 27. *Aprilis* 1644. *coram R. p. d. Royas*.

Quando verò factis diligentijs non reperiuntur oblatores, vel quando oblationes sunt in modica quantitate, seruatur infrascriptus ordo.

A. C. Melchiorio.

INtimetur D. *Seio exadu. princ. qualiter in actis per attestationem Cursoris, & ex reuolutione actorum apparet super bonis executatis, de quibus agitur, post publicas diligentias nullum fuisse repertum oblatorem. Ideò citetur idem ad videndum dictum pignus ipsi instanti pro scutis tot adiudicari, seù etiam, tanquàm maiori oblatori, & licitatori deliberari ad p. d. Instante &c.*

Relatione facta comparuit idem citrà &c. & petijt, & obtinuit vt supra, infra mensem cum intimatione.

Quæ intimatio iuxtà modum supra datum exequitur contra debitorem, & debet omninò reproduci ante effectuatam adiudicationem, Rot. *in Romana Domorum de* Roncionibus 17. *Iunij* 1615. *coram bon. mem. Buratt.* Et in hoc tria sunt aduertenda. Primò quòd si effluit mensis, & interfuerunt oblatores, tunc decretum non fit infrà mensem, sed fit nisi ad p. d. cum intimatione. Secundò

dò, quòd Creditor ad faciendam meliorem conditionem debitoris, potest admitti tanquàm licitator; & hoc casu non est necessaria electio Peritorum, sed illi fit deliberatio tanquàm tertio, & extraneo.

Tertiò, quòd dictus Creditor potest etiam iuxtà æstimationem Peritorum petere bona executata sibi dari in solutum pro concurrente quantitate sui crediti.

Caue tamen, quòd ad validitatem præmissorum semper fit de hoc intimatio debitori; *& si adest, etiam* vltimò oblatori, & fit citatio in casu adiudicationis, vel dationis in solutum.

Ad eligendum, eligique viden Peritos ad effectum æstimandi bona in executione capta, altàs pro ipsius parte viden. per dominum eligi, & deputari ex officio ad p.d. Instan. &c. Et talis citatio, vt supra, reproducitur, & fit electio Peritoru &c. per vnamquamq; partium; & si reus non eligit, Iudex ex officio illum eligere solet: qua electione facta, intimatur parti non solùm, *qualiter dominus mandauit eligi Peritos*, verùm etiam post dictam electionem intimatur eidem parti accessus Peritorum pro diebus, & horis certis: & postquàm accesserint & bone æstimauerint, citatur pars *ad videndum mandari referri Peritos, de quibus in actis, & eorum relationem mandari in actis cum iuramento redigi ad p. d. Instan. &c.* & reproducta citatione, & obtento decreto in forma, intimatur parti, *qualiter Dominus mandauit referri Peritos, & aliàs, prout in actis.*

Transacto autem tempore intimationis, Periti relationem, quam in scriptis redegerunt, producunt in actis, vel clausam, vel apertam, medio eorum Iuramento in hunc modum.

Pro D. *Meuio &c. Contra &c.*

In officio &c. Sempronius, & Callimachus Periti in actis electi medio iuramento tactis & c. retulerunt, prout in relatione, quam mihi Notario tradiderunt tenoris &c.

Id tamen fit, quando sunt concordes, & concorditer volunt referre. Si autem vnusquisque illorum intendit separatim referre, hoc potest fieri seruato suprad icto ordine. Si autem non sunt concordes, citatur *ad concordandum de tertio Perito, dandum listam confidentium, & diffidentium, alias videndum per Dominum eligi, & deputari ex officio ad p.d. Instan.*

In termino istius citationis vnaquæque partium dat listam suam confidentium, & diffidentiū; & si concordant in aliquo, ille deputatur cum declaratione, quod sit electus de consensu: si verò non concordant tunc, ponitur, quod fuit electus per D. ex officio.

Aduer-

Aduerte, quòd ista electio debet intimari parti quę debet etiam citari pro diebus, & locis certis, quando Peritus est accessurus ad locum differentiæ, & in reliquis procedi, vt supra.

Nec esset extra rem, si tam ante, quam post accessum citaretur *pars ad informandum talē Peritum*, & si idem seruaretur in alia duorum electione.

Post informatum Peritum, & post accessum ad locum differentię, ille redigit relationem in scriptis, & interim fit citatio.

A. C. Melchiorio.

Citetur D. *Meuius exa lli princ. ad videndum mandari referri tertium Peritum*: Et obtinetur decretum modo, quo supra. Et facta intimatione contra partem, dictus Peritus, vel eius Procurator specialiter constitutus dat eius relationem in actis cum iuramento, vt supra dictum est. Qua relatione aperta, & per Dominum visa, fit citatio.

A. C. Melchiorio.

Citetur Dominu Seius *ad videndum instanti dari in solutum, seù adiudicari pignora, & bona, ae quibus agitur pro concurrenti quantitate sui crediti, & decretum opportunum fieri ad p. d. Instante &c.*

Re*latione facta comparuit idem citra, &c. et petijt, et obtinuit vt supra, nisi infra decem,* (si sunt mobilia,) *et nisi infra mensem,* (si sunt stabilia, *cum intimatione*

Sed si essent reperti oblatores, & effluxissent tempora ad deliberandum, & Creditor vellet facere meliorem conditionem debitoris, vt supra, tunc decretum fit, *nisi ad primam diem, cum intimatione*.

Deinde deuenitur ad taxationem expensarum sub huiusmodi forma.

Cite-

A. C. Melchiorio.

Citetur N. exaduerso principalis ad videndum taxari, & moderari expensas, illasque taxatas, et moderatas soluendum alias videndum contra ipsum decerni, et relaxari mandatum executiuum ad p. d. Instante, etc.

Executa ista citatione, vt supra dictum est de alijs fit, reproductio, & instantia huiusmodi.

Relatione facta comparuit idem citra etc. et facto dedit listam expensarum tenoris etc. et petiit, et obtinuit vt supra taxari, et moderari, et mandatum executiuum decerni, et relaxari, nisi ad p. d. cū intimatione.

Et aduerte, quod ad hoc, vt ista citatio habeat robur cum decreto, solent Iudices illam contrasignare eorum manu, & deindè fit intimatio huiusmodi.

A. C. Melchiorio.

INtimetur N. exadu. princ. qualiter Dominus taxauit, et moderatas fuit expensas, et alias, prout in actis. Instante etc.

Lista expensarum factarum pro parte N. contra N.

In primis pro pluribus citationibus		:	30
Item pro extractione Instrumentorum	3	:	—
Item pro salario Procuratoris			
Item pro examine præsentis Listæ		:	30

Notarius in pede listæ sic ponit non computata mercede Procuratoris, quę non solet refici in alio Tribunali, quàm in foro Capitolino, de quo ego non loquor.

Taxata, & examinata fuerunt suprscripta expensæ, et liquidæ absque salario Procuratoris, ascendunt ad scuta tria, et b. 50.

Et Iudex etiam hanc listam subscribit, & sic dicit. *Taxamus ad liquidas, Marcellus Melchiorius Locumtenens.*

De Processu executiuo vigore instrumenti rogati extrà Tribunal A C. vel extra Officium, vbi fit Iudicium.



N casu, quo Instrumentum non fuit rogatum per acta illius officij, in quo causa est ventilanda, vel fuit rogatum extra Tribunal A. C. vt putà in Curia Capitolina, vel in alio Tribunali Vrbis, aut etiam extrà Vrbem, vel est facta mutatio personarum, est procedendum cum infra distinctione,

Aut fuit consensum in mandatum executiuũ vnica præcedente citatione, aut secus.

Si fuit consensum, necesse est citare partem hoc modo.

A. C. Baranzono.

Citetur N. ex aduerso principalis ad dicendum contra iura producta, et repetita, vidend. iurare testes super illornm recognitione; quatenus opus sit; admitti, et mandari restitui dimissa copia collationata ad p. d. Instante, &c.

Ista citatio datur Cursori exequenda, vt supra: & postquam fuit executa, reproducitur in manus Notarij, qui notat decretum sub infrascripto tenore.

Relatione facta comparuit idem citra, etc. et repetijt iura hodie in broliarao producta, et petiit, et obtinuit admitti, si, et in quantum, et alias vt supra omni etc.

His peractis, vel etiam ante reproductionem citationis fit productio, seù repetitio in brolliardo sub hac vel simili forma.

Pro D. N. contra D. A.

In Officio, etc. idem citra, etc. et ad docendum de obligatione D. Aduersarii, facto produxit instrumentum publicum rogat. per acta B. Notarii publici sub die 23. Maii 1650. petens, etc. omni, etc.

Si

Si autem vis cautius agere coram A. C. productionem, eũ repetitionem, quam facies, melius erit, si produces iura, vt dicitur *per compulsum*, *et in parte & partibus fauorabilibus*; cum addictione clausulæ *& non aliàs, etc.* quia hac ratione tibi in ijs, quæ sunt contra te, non præiudicabis.

Et si indiges recognitione iurium, procura illam facere in termino citationis ad dicendum contra, licet sufficiat etiam quòd fiat quandocunque etiam post sententiam, seù mandatum, vt fusius potes videre apud D. meum Gratiosum Vbertum *de modo, et ratione citandi part. 2. de citation. probator. formula prima ad dicendum contra iura.*

Tu autem, si reus eris, esto vigilans in termino dictæ citationis opponere *generalia contra*; quia aliàs faceres causæ maximum præiudicium, vt aduertit idem D. Vbertus *loco citato*, ad quem te remitto.

Ego autem adderem, quòd protestatio *generalia contra* non sit apta ad faciendum, vt quis teneatur ad recognitionem iurium, si oppositio recognitionis fit post admissionem illoruum, & parti non notificatur, ex opin. Rotę *in causa Iuuenacen. et Melphiten. bonorum prima Iulii 1647 coram* R. P. D. *Conrado*.

Nec omitto, quod recognitio vnius instrumenti alicuius Notarij deseruit pro recognitione aliorum instrumentorum, & iurium eiusdem Notarij, vt dicitur *in dicta Iuuenacensi coram* R. P. D. *Conrado*.

Protestatio autem, quam poteris in actis redigere, erit huiusmodi.

Pro D. *A. contra* D. *N.*

In Officio, etc. idem citra, etc. et in termino citationis ad dicen. contra; dixit pratensa iura non esse admittenda, nisi illis prius formiter recognitis, ipso comparente citato pro diebus et horis certis intimandis, quibus saluis, et non aliàs contra illa pro nunc dixit generalia, verbo saluo iure, etc. et pendente, etc. aliàs, etc. omni, etc.

Debes etiam aduertere, quòd si non agitur vigore instrumenti sed vigore apocæ manu aduersarij subscriptæ, & in illa fuerit susceptum mandatum executiuum post citationem ad dicendum contra, & productiones, vt supra, fit citatio sub infrascripto tenore.

Citetur D. *N. ex aduers. princ. ad recognoscendum manum suum in uribus, de quibus in actis appositam, vel illam cum iuramento negandum, aliàs videndum per* D. *pronunciari pro recognita ad p. d.*

Ista

Ista citatio more solito executa consignatur Notario, qui adnotat decretum iuxta stilum; *Nisi ad primam diem, cum intimatione*.

Intimatio autem erit huiusmodi.

Intimetur D. *N. ex aduerso princip. qualiter Dominus pronunciauit manum suam haberi pro recognita, & alias prout in actis. Instante Domino N.*

Si autem agitur contra hæredem, talis hæres potest conueniri ad recognoscendum manum defuncti, sicut Dominus manum Institoris, Farinacc. *in repert. iudicial. q.59. n.21.* Grauat. *theorem.15. num.27.* & Bursatt. *cons.39. num.23.* Et ideo si ipsi non negant illam in termino, rectè pronunciatur pro recognita. Et aduerte, quod debet citari specificè cum appositione nominis, & cognominis, vt dicitur in reformatione Tribunalium Vrbis, *tit. de Notarijs, §. citationis*.

His sic peractis fit citatio ad soluen. vt supra dictum est, & prosequitur processus vsque ad satisfactionem creditoris.

Quomodo procedatur quando non fuit consensum in mandatum. Cap. III.



POST productionem iurium, & illorum admissionem, vt supra faciendam, quando non fuit consensum in mandatum, est necesse citare partem ad videndum extendi obligationem Cameralem, quia nisi illa extenderetur, processus esset nullus, vt aduertit D. Gratiosus Vbertus *in sua praxi par.5 formul.3.* quem poteris considerare, & ideò citabis in hunc modum.

Citetur D. *N ex aduerso princip. ad viden mandari extendi formam Cameræ in iuribus, de quibus in actis appositam, iuxta stilum Curiæ ad p. d. Instante &c.*

Ista extensio est magni ponderis, & ideò est necesse, quod extendatur primo, ad hoc, vt A. C. habeat iurisdictionem, quæ legitur in dicta extensione de consensu se oblig in ea hoc fieri secũdò vero ad hoc, vt obligatus tali formula possit excommunicari, quia hoc quidem legitur in eadem extensione esse consensum, quemadmodum legitur apud Galles. *de obligat. Camerali*, ad quem te remitto.

C* Aduer-

Aduerte etiam, quòd licet non esset consensum in mandatum, tamen si agitur de minori summa scutorum viginti, talis extensio non esset necessaria propter facultates A. C. qui infra dictam summam potest procedere arbitrio suo.

Extensa obligatione Camerali, Citatur pars *ad soluendum, seu soluisse docendum summam debitam vigore iurium, de quibus in actis, alias videndum decerni mandatum executiuum ad p. d.*

Ista citatio potest etiam fieri cum adiectione vel ampliatione pro vt supra, quando Instrumentum est rogatum in Curia, & possunt etiam cumulari termini *ad videndum extendi formam Cameræ, nec non soluen.* quia non sunt incompatibiles: & de stilo, isti duo termini seruantur vnica citatione.

Sub ista citatione ad soluendum obtinetur decretum *nisi infrà tres*, absque alia intimatione. Quare autem Iudex primo decernat mandatum, nisi infrà tres, dicitur à D. Gratioso *in sua praxi p. 5. de citat. execut. form. 3. vers. alias*, viden. vsque ad finem.

Transacto triduo citatur pars *ad docendum de quacumque noua conuentione, solutione, aliisque praeiudicialibus, nec non calculan. quatenus calculare intendat, et calculo facto soluen. alias viden. contra ipsum relaxari mandatum alias decretum, et quatenus opus sit, de nouo decerni, et relaxari ad p. d. Instante etc.*

Ratio quare supradicta citatio fiat, huiusmodi declaratur a subscripto D. Gratioso *loco proximè citato formul. 4.*

Decretum, quod solet obtineri vigore huius citationis, est huiusmodi. *Relatione facta comparuit idem citra etc. et petiit, et obtinuit vt supra, nisi ad p. d. cum intimatione.*

Intimatio autem erit. *Intimetur D. N. qualiter D. relaxauit mandatum executiuum, & alias prout in actis. Instante etc.*

Si autem ex aliquo accidenti, vt puta per incuriam alicuius ante subscriptam citationem *ad viden. relaxari* non fuisset decretum mãdatum, *nisi infrà tres*, sed fuissent obtenta alia decreta pro illius relaxatione, vtrum processus sustineretur & excusaretur talis non expressa decretatio?

Tu dic, quod tale decretum non est necessarium, quando ante dictam relaxationem plura alia decreta præcesserunt, Rota *in causa Romana mercium* 28. *Nouembris* 1607. *§. videbatur, coram R. P. D Ottembergo.*

In reliquis serua, quę dicta sunt in primo capite, & in iudicio exequutiuo necessaria.

Quan-

Quando agitur contra bona hereditaria. Cap. IV.

SED si actio est dirigenda contra bona hereditaria tali casu, aut adest heres, qui acceptauit hereditatem, aut heres, qui est quidem in gradu successibili, sed non constat acceptasse, aut etiam nescitur, an adiit aliquis hæres.

Si hæres est certus, & acceptauit hæreditatem, citatur vt supra cum expressione nominis, & cognominis, & adijcitur qualitas hæreditaria, quia alias processus esset nullus, Capic. *decis.70. numero primo*, & citatio erit huiusmodi.

Citetur D. Titius à Monte filius, et hæres q. D. Caroli ex aduerso principalis ad dicen. contra iura etc. & proceditur ad perfectionem processus iuxta seriem superius indicatam, donec fuerit obtentum mandatum contra bona hæreditaria debitoris conuenti.

Nec cogito omittere, quòd si tu citabis reum suo nomine, si verè ille debebat citari alio nomine, dummodo in actis constet de dicto alio nomine, citatio sustinetur eo modo, quo debebat fieri, Rota in *Anconitana dotis* 30. *Maij* 1650. *coram* Reu. P. D. *Verospio*.

Vt autem Creditor possit sibi facilius satisfacere, solet etiam citare talem hæredem hoc modo.

A. C. Baranzono.

C*itetur* D. *Titius à Monte filius, et hæres quondam* D. *Caroli ex aduerso principalis ad docendum adiuisse hæreditatem dicti quondam* D. *Caroli cum beneficio legis, & inuentarij, et legitimum inuentarium confecisse, nec non redden. rationem de bonis inuentariatis, alias videndum mandatum relaxari obtentum contra bona hæreditaria, mandari exequi contra bona propria, et personam ipsius hæredis ad p. d.* I*nstante Meuio, etc.*

Ista citatio modo vt supra executa reproducitur in actis, et obtinetur decretum. Relatione *facta comparuit idem citra, etc. et petijt et obtinuit, nisi infra quindecim, cum intimatione, etc.* Intimatio autem erit sub huiusmodi forma.

Intimetur Titio, etc qualiter D. *mandatum decretum, et relaxatum*

tum contra bona hæreditaria mandauit exequi contra bona, et personam ipsius D. aduersarij, et aliàs prout in actis. Instante, etc.

Tu autem aduerte, quòd huiusmodi decretum non poteris obtinere ab A. C. in contumaciam, si videlicet non docueris in actis talem citatum tanquàm hęredem esse verè hæredem defuncti, vel quia adiuit illius hæreditatem, vel quia fecit aliquem actum, qui fieri non poterat citrà ius, & nomen hęredis: vtputa si possideat domum, & bona hæreditaria, & non possit allegare aliam causam possessionis, quàm defuncti hereditariam; quia secus alia quæcunque excusatio sufficeret, vt si verbi gratia allegaret retentionem titulo maternæ dotis: quia tali casu non posset dici possidere tanquam hæres defuncti, sed tanquàm hæres matris, cuius priuilegia omnia ad hæredes transeunt.

Durantibus quindecim diebus à iudice pręfinitis, hęres conuentus debet docere se adiuisse hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, quia aliàs actiones dicerentur confusę, & hæres absque difficultate teneretur de proprio.

Secus si doceret de simili aditione, quia hoc casu posset separare suum creditum, & bona propria à bonis hæreditarijs.

Idem est aduertendum, si adiuisset hęretitatem cum tali beneficio, & non confecisset inuentarium, vel illud minus legitimè confecisset, quia non posset vti separatione bonorum. Quando autem inuentarium dicatur legitimè confectum, habes apud Phanuc. *de inuent.* vbi fusè tractatur materia, apud quem videbis vtilitatem ex illius confectione, & quæ damna ex omissione oriantur.

Nec etiam sufficit confecisse inuentarium, nisi etiam hæres reddat rationem de bonis in dicto inuentario descriptis: respectu enim creditorum, hæres non potest locupletari cum illorum iactura, & debet ad illorum petitionem reddere debitam rationem; secus enim, tenetur de proprio.

Ratio autem vel est reddenda in loco iudicij, si fieri potest sine magna impensa hæredis; vel saltem est faciendum in partibus, vbi bona sita sunt, & hoc secundo casu est deueniendum ad subdelegationem iudicis in partibus sub infrascripta, vel simili forma obtinendam.

A. C. Baranzono.

Citetur D. N. exaduerso principalis ad videndum subdelegari Iudicem in partibus cum facultatibus necessarijs, & opportunis ad effectum reddendi rationem bonorum hæreditariorum q. D. Caroli, & qua-

& quatenus opus sit, etiam eligendi Peritos, qui datis, & acceptis consideratis in actis, referant, & alia facien. desuper necessaria, & opportuna, & ad constituendum Procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui commodè in loco Iudicis subdelegandi citari possit, alias videndum mandari procedi per affixionem ad valuas, & decretum opportunum fieri ad primam diem. Instante D. N. &c.

Obtento decreto subdelegationis, expeditur Instrumentum decreti, illudque in partibus præsentatur, & Iudex subdelegatus eius vigore compilat processum redditionis rationis, aut per Instrumenta, aut per relationes Peritorum, aut alio modo d. hęredi vtili, & benè viso, illumque sic compilatum ad Vrbem ad suum Iudicem remittit.

Si autem ratio erit benè reddita, tunc Iudex, seruatis terminis substantialibus, de quibus infrà, procedet ad sententiam absolutoriam à petitis. Si verò ratio non erit bene reddita, tunc d. D. Iudex procedet ad vlteriora in executione contra bona propria, & personam hæredis, vel executando bona, vel capiendo personam, vt supra dictum est de executione Instrumenti in actis rogati.

Vellem etiam, aduerteres, quod si sunt plures hæredes, & conueniuntur ad factum, quod tali casu obligantur in solidum: si verò conueniuntur ad interesse, tenētur tantum pro virili: & quo modo hoc procedat declaratur à Rot. *in Romana subhastationis* 10 *Iunij* 1650 *coram* R. P. D. *Verospio.*

Scias tamen, quòd si aduersus huiusmodi executionem adibis Signaturam Iustitiæ, faciliter obtinebis committi causam alteri Prelato cum clausula, *sine præiudicio quo ad bona hæreditaria, quo verò ad bona propria, si quid exequendum.* Hoc tamen, quando docueris de inuentario, & deueneris ad redditionem rationis, & dependet ab arbitrio Iudicis decernere benè vel malè rationē fuisse redditam.

Sed cogita, quod si in gradu appellationis post commissam causam à Signatura cum dicta clausula, *si quid exequendum*, actor vellet ex nouiter deducti iustificare suam intentionem, non poterit, sed debet vti eisdem probationibus in prima instantia factis: permittitur tamen hoc facere in casu, quo reus producat noua iura. Et si reus volet noua iura producere, tu aduerte, quod si illa non producit cum citatione ad dicendum contra, non attenduntur, vt resoluit Rota in *Romana pecuniaria* 18. *Iunij* 1637. *coram* R. P. D. *Meltio.*

Si autem non constat, quod talis citandus adiuerit hęredita-

tem



tem, vel quia ipse opponit nihil fieri, nisi legitimatis personis quæ est protestatio valdè æstimanda, quia nisi personæ legitimarentur, processus corrueret.

Et tunc citatur talis *ad declarandum, an sit, vel velit esse hæres q. D. N. ex aduerso principalis, alias videndum deputari Curatorem hæreditati iacenti primo pro prima ad primam diem*. Et obtento decreto citari secundo pro secunda, fit alia citatio similis *ad declarandum an sit, vel velit esse hæres secundo pro secunda*. Et obtento etiam decreto citari tertio pro tertia, fit alia similis citatio *ad declarandum tertio pro tertia*. Et tandem obtento alio decreto citari quarto pro quarta, fit citatio modo superius expresso; illaque executa, consignatur Notario vna cum iulijs decem, & obtinetur decretum deputationis Curatoris iuxta stilum, de quo poteris te informare à Substitutis.

In hoc est sciendum, quòd sunt aliqui Procuratores informati de meritis causæ, qui petunt ipsi deputari Curatores, & quandoq; repelluntur ab ista petitione, nisi ipsi soluant scutum pro dicta deputatione necessarium.

Ego autem, quia vidi practicari contrarium ab anno 1627 ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. meo Meltio Archiepiscopo Capuano, & hodie Sanctissimi Domini Nostri Nuncio apud Augustissimam Cæsaream Maestatem, & successiuè a bonæ memoriæ R. P. D. Caballetto, & de antea ab Eminentissimo, & Reuerendissimo D. meo Colendissimo Cardinale Bichio, & successiuè ab Illustrissimo & Reuerendissimo Cœlio Bichio illius germano fratre, nunc in sacra Rotæ Romanæ Auditorio causas iudicante, talem solutionem à deputando damnarem, nisi quandoque audiuissem practicarum à bonæ memoriæ Argelo, & ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. meo Baranzono nunc A. C. Locumtenente: confisus in eo potissimum, quia petens deputationem tenetur formare processum suis sumptibus ab initio. Certus, quod in fine causæ, nisi succumbat, tales expensas ab hæreditate contra quam agit, erit recuperaturus. Et de hoc hactenus.

Si in termino citationis quartò pro quarta comparet reus, & allegata iusta causa obtinebit à Iudice citari etiam ipse pro suo iure & interesse, processus formabitur, prout supra, contra dictum Curatorem deputatum, & citabitur etiam alter pro suo iure, & interesse, primò *ad dicendum contra*, & deinde ad alios actus vsque ad consummationem necessarios.

Et si dictus citatus se opponet executioni, si allegabit exceptiones

nes incontinenti probatas, tunc procedetur, prout de iure, vt de his omnibus optimè poteris te informare ex Zacchia, *de oblig. Cameral.* ad quem te remitto.

Si verò ignoratur, quis sit hęres, & solutio sit destinata in Vrbe, vel ibidem stipulatum instrumentum, vel facta conuentio, tunc proceditur per diligentias faciendas per Cursorem, relinquendo citationes domi, vbi reus obligatus defunctus est, & per affixionem in acie Campi Floræ, & per loco solita, publica, & consueta, vt videre poteris apud Saluft. Tiber. *in forma Instrument.* & citatio, quę solet fieri, erit huiusmodi.

Citentur si qui sint, vel velint esse heredes quondam D. N. *in Vrbe defuncti, vel si qui sua putauerint interesse, ad comparendum legitime, & acceptandum, vel repudiandum hæreditatem dicti defuncti, alias videndum deputari curatorem hereditati iacenti primo pro prima dilatione, ad p. d.*

Hęc citatio datur cursori, qui factis debitis diligentijs domi, in qua debitor mortuus est, in vicinia, & locis publicis facit relationem & tunc reproducta citatione, Iudex mandat, quod fiat diligentia per duos cursores cum simili citatione: qui Cursores diligentia facta referunt illam fecisse, & non inuenisse. Et secuta relatione Iudex mandat procedi per affixionem ad valuas curiæ, & domi defuncti, si illā habebat, sin minus ad valuas curiæ, & aciei campi Florę, & tunc fit alia similis citatio. *Citentur si qui sint, vel velint esse hæredes quondam D. N. ad comparendum legitime, & acceptandum, vel refutandum illius hæreditatem, alis videndum deputari curatorem hæreditati iacenti, primo pro prima dilatione.*

Sub ista citatione cursor facit huiusmodi reltionem: *Feci per affixionem ad valuas curiæ, & aciei Campi Floræ & domi solitæ habitationis q. N. defuncti die p. Iunij, Carolus.*

Deinde eadē reproducitur, & Iudex mādat citari pro secūda dilatione, & subsequetur pro tertia, & tandē pro quarta; in cuius termino deputatur curator, qui postea citatur ad omnes actus, pro vt citaretur ipse principalis, si viueret; & fit contra ipsum totus processus superius indicatus.

Quando autem heres esset minor, proceditur diuerso modo abeo quo proceditur contra heredem maiorem.

Quia si ille est minor septennio, non potest ad causam citari, cum non habeat velle, nec nolle; sed citatur actor testamentarius, si illum habet: si vero non habet testamentarium, & habet matrem, citatur ipsa *ad suscipiendam illius tutelam, alias videndum de-*

deputari actorē ad litem primo pro prima: & seruatur idem ordo quatuor citationū, vt supra, & in termino quartę deputatur talis actor. Si autem matrem non habet, illaque vel non possit, vel nolit acceptare, citantur agnati, cognative proximiores eodem ordine: & hoc casu etiam deputatur aliquis ex citatis, ne in fans remaneat indefensus; pro vt latius explicat Salustius *in dicto formular. instrumentor. cap. 56. nu. 9. & seqq.*

Et quando heres est maior, & excessit pupillarem ætatem, tunc ipse citatur ordine subscripto cum dictis quatuor citationibus, *ad comparendum legitime, illos videndum sibi deputari actorem, seu curatorm ad lites*: & in termino quartę cit. si non comparet cum curatore legitimo, vel datiuo, vel testamentario, deputatur illi actor, & curator: &, si id omitteretur, processus nullus redderetur, vt inpuncto respondit Rota *in Romana subhastationis x. Iunij 1650. coram R. P. D. Verospio.*

Aduerte pro vtilitate tui principalis: si est minor, & adiuit hereditatem sine beneficio legis, quod si hereditas videbitur damnosa, poterit iterum illam adire cum beneficio legis, & inuentarij, vel etiam illam repudiare, iuxta opinionem, quam seruauit Rota *in causa Bononien. de Tostinis 31. Maij 1649. coram R.P. D Cerro.*

Aduerte etiam, quod executionem obligationis Cameralis non retardat exceptio requirens altiorem indaginem: & quæ exceptio illam impediat, & quæ sit illa, quæ dicatur requirere altiorem indaginem, legitur apud Zacch. *de oblig. Cam.* quæ ex te videre poteris, ne ex lectura meæ praxis otiosus videaris. Hoc tamen tibi dico, quòd exceptio, quæ requirit altiorem indaginem, dicitur illa, quæ oritur ex disputatione Doctorum, vt me docuit Rota *in Mediolanen. pratensa deuolutionis xi. Februarij 1650. coram* R.P.D. *Meltio.*

Quando aliquis se opponit executioni. Cap. V.



SI autem Mulier compareat, & se opponat executioni: aut hoc euenit constante, aut potius soluto matrimonio.

Si se opponit constante matrimonio, citatur *ad declaran. in quibus bonis velit assecurare suam dotem, alias videndum mandari*

dari procedi ad ulteriora, sua prætensa Inhibitione dotali non obstante.

Et si declarat velle retinere omnia bona mariti, tunc deuenitur ad electionem peritorum ad effectum æstimandi dicta bona: & secuta legitima relatione duorum, si concordant, vel si non concordant, tertij, tunc Iudex, nisi mulier eligat aliquod corpus, procurat eligere vnum, siuè plura prędia siuè rustica, siuè vrbana sint, quę mulieri vtilia reputentur, ad effectum, vt illa possit ex eorum fructibus alere se, & familiam, aduertendo, quod recipiant congruam diuisionem, illaquè mulieri consignentur.

Si verò casus eueniat soluto matrimonio, citatur primo *ad exhibendum, & iustificandū inhibitionem dotalem, & alia impedimenta, si quæ habet, alias videndum mandari exequi mandatum contra bona hæreditaria eius viri obtentum, illis, & quibuscumque non obstantibus*. Et obtinetur decretum: *Relatione facta, comparuit idem citra, &c. & petijt, & obtinuit, vt supra, nisi ad primam diem, cum intimatione*; vel *nisi infra tres*, ad arbitrium Iudicis.

Et, si instrumentum dotale rogatum est in tribunali, solet A.C. ex benignitate mandare in fauorem pauperum, quod stetur indicationi; si extra illud, quod stetur copiæ simplici. Si verò agitur de diuite, solet produci instrumentum publicum, ne Notarij ex Iudicis misericordia detrimentum patiantur.

Quando dos reperitur iustificata cum instrumento promissionis, & receptionis, si actor docebit ad mulieris manus peruenisse tot bona, cum quibus potuit sibi verisimiliter satisfacere, tunc exceptio per ipsam opposita non impedit executionem. Rota *in Auenionen hæreditatis 9. Iunij 1649. coram* R. P. Royas. Et idem dixit antea *in Romana transactionis 29. Maij 1648. coram R. P. D. Conrado.*

Et in omnem euentum, etiamsi mulier posset dotem repetere, & illi competeret retentio, hodie sic annuente Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Decimo, Iudices quando bona subhastanda sunt maioris valoris, quam dos ipsius mulieris, quod solent videre cum electione, & præcedente relatione Peritorum, tunc mandant prosequi, firma remanente muliere in possessione, ad effectum ex bonorum pretio in primis, & ante omnia illi satisfaciendi, & residuum consignandi Creditoribus.

Fundati, ni fallor, in eo, quòd possidens iure pignoris, qualis est mulier, quę pro dote retinet, non impedit executionem.

Quid autem dicendū, si mulier ipsa agat ad restitutionem dotis?

D Si

Si negotium est in Vrbe, & districtu, ipsa exequitur eius instrumenta, & documenta dotalia etiam contra tertios possessores, sic mandante statuto Vrbis *cap.* 85. *lib.* 1.

Si verò agitur de instrumento extra districtum, prosequitur iudicium, prout dictum est de executione aliorum instrumentorum.

Sed quid dicendum, si vellet agere contra loca montium à marito alienata, quæ fuerunt declarata à felicis recordationis Vrbano Octauo, *in constitutione edita* 28. *Iulij* 1639. non subiacere alijs vinculis, quam in litteris patentibus expresse registratis?

Tu dic, quod mulier potest agere pro dote, etiam contra dicta loca montium, non obstante dicta Bulla, ex priuilegijs dotis, vt declarauit Rota *in Romana lucri dotis prima Aprilis* 1650. *coram* R. *P. D. Albergato*.

De processu in causis infrà summam scutorum viginti, quando non adest aliqua obligatio, vel partis confessio. Cap. VI.



QVANDO causa subeus summam est scutorum viginti, si agitur in alio tribunali, quam A. C. in quo proceditur in contumaciam, citatur in hunc modum.

Citetur Consaluus, alias il gobbo, exaduers. princ. ad restituendum instanti scuta viginti moneta, causa & occasione mutui sibi per instantem facti de mense Iunij proximè præteriti: alias videndum contra ipsum decerni & relaxari mandatum executiuum ad p. d. Instante Terentio Scatolino principali, siue &c. N. Notarius.

Executa ista citatione, vel citatus silet, aut negat, aut confitetur: si confitetur, aut silet, relaxatur mandatum: si verò negat, actor debet probare mutuum, & probatio fit per testes, pro vt infrà.

Si verò agitur in tribunali A.C. in quo non proceditur in contumaciam; si reus negat aut silet, fit citatio vt infra.

Cite-

A. C. Baranzono.

Citetur D. Consaluus, alias il Gobbo ex aduerso principalis ad videndum examinari testes summariè super eo, quod instans mutuauit aduersario de mense Iunij 1651. scuta viginti monetæ currentis, & super tota causa admitti, & committi Notario causæ receptionem iuramentorum examen testium, & dandum interrogatoria, quatenus dare intendat, alias videndum mandari examinari sine, ad p. d. Instante, &c.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & specificauit materiam, & testes medio iuramento tactis, &c. videlicet.

Qualmente la verita fu, & è che esso comparente alli dodici del mese di Giugno 1651. in casa di Meuio contò in prestito ad esso auersario scuti venti di moneta in tanti giulij, e testoni d'argento, quali esso Consaluo auuersario promise restituire ad esso mutuante trà venti giorni prossimi, e questo fù presente N. & N. quos dicto iuramento specificauit, & induxit, & nominauit, & petijt, & instetit, & obtinuit, vt supra admitti, & committi testes iurare in forma, & mandari examinari nisi ad p. d. cum intimatione, &c.

Intimatio verò, quę debet fieri, erit huiusmodi.

Intimetur Consaluo, aliàs il Gobbo, ex aduerso principali, qualiter Dominus mandauit examinari testes, & alias, prout in actis. Instante, &c.

Examinatis testibus, captaque illorum copia siuè summario, fit noua citatio, si vis primò ad *dicendum contra Iura*, & in eius termino fit repetitio depositionum dd. testium, & obtenta admissione, *& decreto in forma, iterùm pars aduersa citatur ad docendum de quacunque noua conuentione, solutione, alijsque praiudicialibus allegatis, seù allegandis, calculan quatenus calculare intendat, & calculo facto restituendum, seù soluendum scuta viginti sibi per Instan. mutuata: aliàs videndum contra ipsum decerni, & relaxari mandatum executiuum ad p. d. Instante D. N. principali siuè, &c.* Serantonius Not.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt, & obtinuit, vt supra nisi ad primam diem, cum intimatione.

Intimatio verò, & reliqua fiunt, prout in Iudicio executiuo.

DE IVDICIO SVMMARIO.

DIXIMVS de Iudicio executiuo, & aliquantulum de summario, sed non satis: nunc autem dicemus pleniùs de summario.

Quod videtur diuidendum in tres partes, præter supradictum: videlicet in Possessorio Adipiscendæ: in Possessorio Retinendæ: & in Possessorio Recuperandę.

DE IVDICIO ADIPISCENDAE. Cap. I.

IVdicium Adipiscendæ formatur ex l. finali, C. *de edict. Diu. Adri. tollen.* (omitto pro nunc alia remedia Adipiscendæ ex alijs legibus, & actionibus competentibus, quia ex hoc habebis exemplum quoad alia) in quo sic vidi procedere. Primo fit monitorium sub hac forma.

De mandato, &c. & ad instantiam N. hæredis ex testamento q. Meuij eius Patris rogato per acta Serantonij die, &c. tenore præsentium.

MOneatur D. Sempronius ex aduerso principalis, quatenus infrà triduum proximum, &c. sub pœna, &c. & in Iuris subsidium excommunicationis alijsque pœnis, debeat realiter, & cum effectu dictum D. Instantem induxisse, imposuisse, & immisisse in veram, realem, corporalem, & actualem possessionem omnium, & singulorum bonorum mobilium, & stabilium, se mouentium, nominum debitorum, & iurium quorumcunque, & cuiuscunque generis, & speciei, qualitatis, quantitatis, conditionis, ac naturę, tàm Romæ, quàm vbicunque, & sub quibusuis, finibus, & demonstrationibus sitis, positis, & confinatis, si, & cum opus fuerit suis loco, & tempore exprimendis, atque induci, poni, & immitti in remedio l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen. & quouis alio remedio in possessorio dicto D. Instanti vtiliori, & expeditiori,

seque

ſeque ad hæc, & alia omnia in proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi deducenda, ſupradictas, & alias ob cauſas, & rationes, ſi, & cum opus fuerit deducendas, & oſtendendas, omnibus, & ſingulis Iuris, & facti remedijs neceſſarijs, & opportunis, aſtringi, arctari, cogi, & compelli, & mandatum de immittendo, & aliud quodcumque neceſſarium deſuper, & opportunum decerni, & relaxari vidiſſe, & audiuiſſe, expenſaſque, &c. reſeciſſe, & ſi quid, &c. deduxiſſe, & præſentibus omnino paruiſſe, alioquin, &c. deducens omne ius, omneque remedium, &c. implorans nobile officium Iudicis non ſolum, &c. ſed omni, &c.
Franciſcus Serantonius Not. Locus ſigilli.

Hoc monitorium exequitur per Curſorem omninò perſonaliter; qui quidem Curſor dicit; *Feci perſonaliter, die tali, menſis talis, anni talis, Carolus*.

Deinde ſic executum reproducitur In Broliardo ab ipſo Curſore ſub hac forma.

Pro tali contra talem in Officio, &c. Carolus Natte Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſor retulit in ſcriptis, ſe die tali perſonaliter monuiſſe talem, prout in monitorio, quod facto dedit tenoris, &c.

Et aduerte, quod ſi huiuſmodi monitorium non reperiretur in actis reproductum, proceſſus eſſet nullus, vt inquit Rota *in Romana domus 24. Nouemb. 1642. coram Reuerendiſs. P. D. Dunozetto*.

Sed quod ſufficit conſtare in broliardo de eius reproductione, vt *in Romana locorum montium tertia* Iunij 1650. *coram* R. P. D. *Meltio*.

Tranſacto currenti triduo monitorij, citatur monitus *ad dicendum contra iura producta in forma*, & obtinetur admiſſio iurum iuxta modum ſupra narratum.

Teſtamentum autem producitur in actis, & productio ſcribitur in broliardo proteſtationum in hunc modum.

Pro A. contra B. in Officio, etc. idem citra, etc. et facto produxit Inſtrumentum publicum teſtamenti conditi à quondam Meuio eius patre ſub die, etc. menſis, etc. anni, etc. rogatum per Dominum *Belgium Notarium publicum Illuſtriſſimi* D. A. C. *tenoris, etc. Nec non produxit fidem obitus eiuſdem Meuij extracta per* D. *Marcum Petrarcham Parochum ex libro publico mortuorum tenoris, etc. petens, etc. omni, etc.*

Quia vero per neceſſe ſunt probanda extrema in hoc iudicio neceſſi-

cessaria, testamentum scilicet non abolitum, nec cancellatum, obitus testatoris, & identitas rei, ad quam petitur immissio, quod scilicet sit illa, ad quam agitur, & illamet, quam possedit testator, vsque ad eius obitum, vt vult Rota *in Romana dotis* 4. *Maij* 1648. *coram R. P. D. Bichio*, *& in Romana vinea* 25. *Maij* 1648. *coram* R. P. D. *Ghislerio*.

Si autem quis habeat filios, & instituat hęredem fratrem suum, num dictus frater dicatur hęres fiduciarius? est casus *in Carpentoracten. hæreditatis* 28. *Iunij* 1647. *coram* R. P. D. *Bichio*.

Sunt formandi articuli, vt infra dicetur.

Interim scias, quod hæredi scripto datur immissio in eodem statu, in quo defunctus Testator permanebat, vt firmatur *in dicta Romana Vinea*.

Sed quid, si non doceatur de testamento, & petatur immissio vigore dictę legis? Dic, quod datur etiamsi de eo non doceatur per instrumentum, dummodò illud adesse constet ex partis confessione. Rota *in Aunionen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1648. *coram* R. D. P. *Royas*.

Quid autem diceres, si aliquando in testamento non reperiretur scriptus hęres vniuersalis? Tu dic, quod etiam in hoc casu valet testamentum, & datur immissio, dummodo talis institutio colligatur ex coniecturis, Rota *in Romana restitutionis dotis* 27. *Ianuarij* 1649. *&* 24. *Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. meo Ottobono*, vbi etiam habes, quod non dato herede vniuersali; immissio debetur heredi particulariter instituto.

Et quomodo sit probanda identitas, vellem videres decisionem Rotæ *in causa Bononien. fideicommissi de Pancaldis* 15. *Februarij* 1647. *coram R. P. D. Ottobono*.

Et aduerte, quod vocatus in testamento post obitum alicuius, siue aliquorum, potest petere, & obtinere immissionem absque eo, quod probet, prius vocatos non existere, Rota *in Bononien. fideicommissi, seu Domus* 10. *Decembris* 1646. *coram* R. P. D. *Bichio*. Nec est opus docere, prius vocatum obijsse sine filijs: quia hoc pręsumitur, Rota *in Bononien. de Formagliarijs* 19. *Ianuarij* 1618. *coram bon. mem. Remboldo*, *& in Bononien. legati* 25. *Maij* 1648. *coram* R. P. D. *Royas*; & est satis docere, esse in gradu successibili, Rot. *in Gerunden. beneficii* 11. *Iulii* 1648. *coram* R. P. D. *Meltio*.

Benè verum est, quod aliquando Rota fecit pręstare cautionem immisso de contribuen. partem alteri vocato, vt legitur in *Perusina reintegrationis* 10. *Iunii* 1648. *coram R. P. D. Royas*.

Quid

Quid autem erit dicendum, si erimus inter duo testamenta, in quorum primo adsit institutio hęredis, in secundo autem talis institutio desideretur, & per hoc fuerit primum reuocatum? Tu dices, quod ex hoc dignoscitur, dictum testatorem intestatum decedere voluisse, quia secus deuenisset ad hęredis institutionem. Si autem per secundum testamentum imperfectum, & defectuosum reuocetur primum perfectum; tunc cognosces, testatorem noluisse decedere cum dicta prima dispositione. Casu est expressus *in una Nepesina hereditatis 27. Martii 1626. coram bonæ memoriæ Remboldo.*

Redeo ad processum. Si testes sunt in curia, fit citatio *ad dicendum contra articulos facto datos, viden. illos ad probandũ, admitti, et committi Notario causæ examen, & acceptationem iuramentorum testium in forma ad primam diem, & postquam commissum fuerit, videndum eosdem testes iurare in eorum, vel Notarii domibus, aut vbicumque reperti fuerint, per totam dictam primam, & quadraginta sequentes dies, & postquam iurauerint, dandum interrogatoria & conducendum Interpretem, quatenus dare, & conducere intendat, alias videndum mandari examinari fine ad p. d.* Instante D. etc.

Si verò examen est faciendum extra Curiam, & in ditione Ecclesiastica, fit alia citatio, vt puta.

Citetur D. N. ex aduers. principalis ad dicendum contra articulos in actis facto datos, viden. illos ad probandum admitti in curia, et extra, & decerni litteras missiuas loco remissorialium, concordan. de Iudice, *loco, & loco loci, portitore, termino infrà quem constituen. vel substituen. in partibus procurator reperibilem, & acceptantem, dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus dare, & conducere intendat, alias viden. mandari examinari fine, & processum fieri per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputan. ad p. d.* Instante, *&c.*

Si autem examen est faciendum extrà ditionem Ecclesiasticam, vt putà in Regno Neapolis, in Ducatu Mediolani, vel Sabaudiæ, vel in alio loco simili; tunc petitur remissoria, & fit citatio ad eam obtinendam necessaria; quam habes apud D. Gratiosum Vbertum *in sua praxi, de citationibus probatoriis:* formula est, *Ad videndum decerni litteras remissoriales*, ad quem te remitto.

Reproducta citatione ex supra dictis necessaria à Curatore executa, obtentoq. decreto admissionis articulorum, siuè examen fiat in curia, siuè extra, semper fit productio articulorum in broliardo in hunc modum.

Pro D. Meuio contra N. N. in officio &c. in dicta &c. & monitus &c.

&c. medio iuramento tactis &c. iurauit de calumnia iuxtà formam reformationis Sanctissimi D. N. & simili iuramento tactis &c. facto produxit articulos, prout in folio tenoris &c. & specificauit nomina, & cognomina testium, pro ut in eis, petens &c. omni &c.

Tenor autem articulorum erit, vt infrà.

Articulos infrascriptos, & contenta in eis dat, facit, exhibet & producit Procurator, & eo nomine Domini Meuij, &c. contra, & aduersus DD. NN. omnesque alios pro eo in iudicio legitime comparentes, quos, & quę petit recipi, & ad probandum admitti, testes super eis, & tota causa examinari, non se astringens, &c. saluo &c. omni &c.

In primis Procurator prædictus repetitis, & reproductis repeti, ac reproduci de iure, ac stilo solitis, probare vult, & intendit.

Qualiter veritas fuit, & est, quod fuit in rerum natura D. N. qui eius vita durante, & vsque ad eius obitum habuit, tenuit, & possedit tanquam verus dominus, & possessor, prædium oliuatum, aratiuum, & arboratum rubrorum quadraginta, positum in teritorio Tiburis in cōtrada la Cascata, iuxtà ab vno bona Hectoris Pelicani, ab alio bona Sacripantis Martini, à capite, & à pede viam publicam, illud locando, dislocando, fructus ex eo percipiendo, & faciendo omnes, & singulos actus possessorios, qui solent fieri à veris possessoribus, & Dominis rerum propriarum. Iidque testes sciunt, quia pręmissa viderunt pluries & pluries: & quia sic etiam audiuerunt publice & palam à personis informatis, & practicis, & quia ita fuit, & est publica vox, & fama.

Qualiter idem prædium, vt supra positum, lateratum, & confinatum in eodem corpore, & substantia, habetur, tenetur, & possidetur à D. N. aduersario, idque testes optime sciunt propter practicam, & cognitionem, quam habuerunt, & habent eiusdem prædij, et quia viderunt illud his diebus præteritis, & sciunt continuari possideri à dicto D. N. percipiendo fructus, & faciendo omnes & singulos actus possessorios, qui fieri solent à veris possessoribus propriarum rerum, & quia id audiuerunt publice, & palam, & de eis fuit, et est publica vox, & fama.

Qualiter prædicta omnia, & singula fuerunt, erant, & sunt vera, publica, & notoria, & de eis fuit, erat, & est publica vox, & fama. Hos autem &c. non se astringens &c. saluo &c. omni &c. Nomina testium. Petrus de Nobilibus de Tibure. Flauius Cōstantinus de Cascia N. N. N. N. N. N. N.

Aduerte

Aduerte, quod productio istorum articulorum non solum adnotatur in Broliardo, sed etiam adnotatur à tergo ipsorum, ponendo partes pro, & contra ad vnguem, prout reperitur adnotata in broliardo & Notarius, qui productionem recepit, ponit illos in filsa articulorum.

Clausulæ illæ salutares, *non astringens &c. saluo &c. omni &c.* non apponuntur in articulis absque mysterio. Si enim non apponerentur, qui illos producit, diceretur assumpsisse in se onus probandi; & si non probaret, succumberet: ideò euitat periculum ex dictis clausulis. Rota *in Asculana pradii* 10. *Decembris* 1642. *coram* R.P. D. *Royas*.

Fit postmodum intimatio, *qualiter Dominus admisit articulos, & mandauit examinari*; si fit in curia; si verò extrà, intimatur, *qualiter Dominus admisit articulos, & decreuit litteras missiuas, & alias, prout in actis Instante. &c.*

Prosequamur examen in curia. Facta intimatione admissionis articulorum, debes aduertere, quod si pars petit illorum copiam, debet illi dari cum termino duorum, vel trium dierum, arbitrio Iudicis, ad conficiendum interogatoria.

Testes autem examinandi debent ante omnia induci, & postea debent iurare.

Inductio fit hoc modo: *Pro tali contra talem in officio &c. idem citra &c. & induxit in testes Iacobum, Ioannem, Petrum, et Sempronium*.

Et aduerte, quod est melius specificare nomen, cognomen, patrem, patriam, exercitium, & habitationem.

Post inductionem datur iuramentum hoc modo.

Pro Meuio Contra N. in officio &c. B. testis inductus medio iuramento tactis &c iurauit de veritate dicenda super articulis, & tota causa, omni, &c.

Et aduerte, quod iuramenta testium licet in tribunali A. C. recipiantur etiam die feriata, dummodo non sit de præcepto; attamen tutius ages, si illa procurabis quod præstentur in die iuridica, vt videre poteris apud Salustium Tiberium *in sua praxi cap.* 15 *numero* 9. *lib.* 2.

Scias etiam, quod illi N. qui apponuntur in calce articulorum, non sunt frustranei, sed deseruiunt in tribunali A. C. ne quis, postquam examinauit testes in broliardo inductos, cogatur citare partem ad videndum examinari testes nouiter repertos.

Quo autem tempore testes debeant iurare, & quo debeat fieri

illorum examen, habes apud D. meum Gratiosum *in tractatu de citationibus*, & *in eius praxi*, ad quem te remitto.

Benè verum est, quod debeo tibi indicare, quod testes debent iurare saltem per diem antequam illos examines, & quod non potes illos examinare, nisi intimaueris ei, *qualiter testes examinabuntur die tali, de mane hora tali, de sero hora tali cum tribus dieb. sequentibus. Ideo &c. alias &c. Instante* D. *N. etc.*

Et quod tu non debebis examinare, nisi expectata die, & hora intimatis, ne incidas in nullitatem.

Et quod intimatio dicti examinis non debebit esse plurium dierum, quam supra specificatorum, quia sæpe nocuit partibus, cum inde dicatur inducta perpetua seruitus: non enim cogitur reus intimatus examini assister vltrà duos, vel tres dies, vt docet Rota *in Romana domus* 24. *Decembris* 1642. *coram Reuerendissimo D. Dunozetto Decano*.

Declara tamen, quod si reus non petierit copiam articulorum, tu quidem poteris examinare: secus autem si petierit; quia tunc, vt supra debebit expectare expirasse tempus à Iudice datum ad conficiendum interrogatoria.

Si autem reus comparuerit cum dictis interrogatoriis, testis prius erit examinandus iuxta illa, & deinde super articulis Actoris.

Interrogatoria autem, quæ poterit dare reus, sunt in foro vsitatissima, & quisque ab amico substituto, si copiam vnus filijs accipiet, poterit inde mille folia exemplare.

In examine solent adhiberi etiam interpretes, qui assistunt, vnus pro qualiter parte, sed non sunt necessarij, Officiorum illorum est dictare quæ testes deponunt, & in scriptis purgatè redigere, non mutata substantia responsionis. Si verò aliquando sunt discordes propter alicuius affectionem, tunc solet deputari aliquis curialis partibus non suspectus, qui pro vtraque parte examen perficiat; & si fiat sine interprete interrogatorijs non est nullum ad den. ad Ludouis. dicis. 331. numero 22. quam vide.

Aduerte, quod examen factum ante terminum citationis, est nullum; item, quod interrogatoriorum exhibitio non sanat nullitatem illius. Rota *in Romana successionis* 9. *Maij* 1644 Contrarium tamen illius Rot. *in Rom. success.* 9. *Maii* 1644 *coram* . . . . Contrarium dicendum erit, si exibeantur interrogatoria, & non opponatur de nullitate Rota *in Firmana Saluiani interdicti* 7. *Februarij* 1623. *coram bonæ memoriæ Remboldo*.

Si autem reperiatur, fuisse commissum examen simpliciter, Rota

ta *in dicta Firmana Saluiani* dicit, quod censentur commissa omnia necessaria ad dictum examen.

Quando verò testes fuerunt examinati sine interrogatorijs, tunc semper datur illorum repetitio sumptibus petentis, Rota *in Bononien. de Manzolis 13. Nouembris 1623. coram bonæ memoria* Remboldo.

Nec solent Procuratores in Rota conducere testes ad iurandum in termino citationis *ad dicendum contra*, in locum, vbi fit audientia. Casus est *in dicta Bonon. de Manzolis*.

Pars autem, quæ vellet examinare Procuratorem, vel solicitatorem partis aduersæ reijcitur ab ista petitione, Rota *in Romana hæreditatis de Agazzariis 14. Ianuarii 1622. coram bonæ memoriæ* Remboldo.

Scias etiam, quod quandoque Iudices auditis in contradictorio partibus, vel alio prudentię stimulo moti cognoscentes, non adesse perfectas probationes, pręfigunt terminum partibus ad probandum: Scias inquam, quod tali casu talis concessio procedit loco citationis *ad dicendum contra articulos, & videndum iurare testes*, & poteris tali casu vti dicta concessione loco dictę citationis, Rota *in Calaguritana processionum 9. Iunii 1623. coram bonæ memor.* Remboldo.

Completo examine, datur illius copia vtrique parti, & si testes probant, seruantur termini sobstantiales ad formam præscriptam à D. Gratioso in praxi de citationibus ordinatorijs, vt videre poteris in eius repertorio, quod te docebit viam illam reperiendi.

Obtenuto decreto solito, citatur pars ad sententiam in hunc modum.

Citetur N. ex aduerso principalis ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales male forsan, nulliter, & inculcate tentos, et seruatos, et in vim quarumcumq; facultatum instantem à censuris absolui, si quibus etc. ad effectum etc. nec non deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concluden. concludique videndum, et audiendum sententiam diffinitiuam ad p. p. Instante etc.

Ista citatio ad sententiam fit personaliter, si tutius intendis ambulare: sin autem, substinetur in tribunali A. C. etiam domi dimissa copia, puta quando monitorium fuit executum personaliter quia secus esset valde periculosa.

Ista executa, & reproducta, instatur pro sententia, illiusque publicatione in hunc, vel similem modum.

Relatione facta comparuit idem citra etc. et petiit, et obtinuit terminos reiterari in forma, & à censuris, si quibus etc. ad effectum etc. absolui, petens amplius, et instans vt supra omni etc.

Ex tunc Illustriss. et Reuerendiss. Dominus Locumtenens sedens etc. pronunciauit, et sententiauit, prout in cedula, quam facto legit, et mihi Notario dedit tenoris etc. omni meliori modo etc. super quibus etc. præsentibus etc. Connotariis testibus etc.

Tenor autem sententiæ.

CHRISTI nomine inuocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Iuris peritorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ primo in prima inter N. hęredem testamentarium q. Meuij Actorem ex vna, & N. reum conuentum de, & super immissione in possessionem infrascriptorum bonorum videlicet (hic sunt describenda bona cum suis demostrationibus generalibus, et specialibus) per dictam q. Meuium in eius hereditate relictorum, ex remedio l fin. C. de Edict. Diu Adr. toll. et omni alio meliori modo, rebusque alijs in processu causæ, et causarũ huiusmodi latius deductis, corã nobis versæ sunt, et vertuntur instantia, partibus ex altera; dicimus, pronuciamus, decernimus, declaramus, et diffinitiuè sententiamus, dictum D. N. actorem immittendum fore, et esse in veram, realem, et corporalem possessionem supradictorũ bonorum, necnon aliarũ omnium et singularum rerum, et bonorum, tempore eius obitus per ipsum in eius hereditate relictorum & vsque ad eius obitum possessorum, prout illum immittimus, amoto exindè à dicto N. reo conuento, & quocumque alio illegitimo detentore, & mandatum de immittendo, & aliud quodcumque desuper necessariam, & opportunum in fauorem d. actoris decernendum, & relaxandum fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, victumque victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure in posterum reseruamus; & ità dicimus &c. non solum &c. sed omni &c.

Ità pronunciaui Ego Prosper Caffarellius A. C.

Ab ista sententia regulariter non datur appellatio suspensiua in causa Aegidianę, quę (vt notorium est adimit talem appellationem in quacumque instantia, etiamsi reus in prima fuerit absolutus. Rota *in Auenionen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1648. *coram* R. *P. D. Royas*.

Tu autem eris cautus; quia Aegidiana non habet locũ,quando vel adest Iudex Ecclesiasticus, vel res est subiecta alicui Ecclesiæ, vel loco Piò, vel aliquis ex litigantibus sit Clericus: in quocunque enim ex his casibus datur appellatio suspensiua. Rota *in Romana fideicommissi de Capiteferreo* 10 *Iunij* 1644. *coram* Reuerendiss. *P.D. Conrado*.

Quid autem requiratur, vt quis possit dici persona ecclesiastica? Tu dic,quod sufficit ostendere, quod non sit pure laicus, sed clericali charactere insignitus: ad differentiam enim laici etiam mille personæ dicuntur Ecclesiasticę, quę sunt clericali charactere insignitæ; neque ad hunc effectum requiritur, quod sint de foro Ecclesiastico: potest enim stare simul, quod quis sit Clericus, & propter aliquod impedimentum non gaudeat priuilegijs Clericorum, nec propterea desinit esse Clericus. Rot. *in Ferraricn. pensionis* 15 *Maij* 1626. *coram dicto bon mem Remboldo*.

At Clericatus debet deduci ad notitiam ante executionem sententię. Rota *in Viterbien. fideicommissi* 16. *Iunij* 1612. *coram* R.P. *D. Cerro*, vbi etiam habes, quod si sententia continet corpus emphyteoticum alicuius Ecclesiæ, quo ad illud datur appellatio,secus quoad reliqua.

Sed aduerte, quod si reus non appellabit infra decem dies, tu poteris vigore sententię, & expedire mandatum absque eo, quod tenearis seruare ~~terminos ad docendum de apellatione~~, & vigore talis mandati poteris etiam absque vitio attentatorum accipere possessionem. Rota *in Romana fideicommissi de Capiteferreo* 10. *Iunij* 1644. *coram R. P. D. Corrado*.

Sed quid, si sententia contineat plura corpora, inter quę adsit aliquod habet interesse persona Ecclesiast. vel Ecclesia? Tu dic quod si sententia lata, est per capita separata admittetur appellatio suspensiua dumtaxat quo ad corpus, in quo Clericus, vel Ecclesia habet interesse, si vt supra appellatur infra decem dies. Rota *in dicta Auenionen. hereditatis decima Iunij* 1648. *coram* R. *P. D. Royas*.

In casu autem, in quo non habet locum Aegydiana, si pars appellat, solent dari apostoli reuerentiales, vel testimoniales, vel quandoque terminus iuris. Quando autem habet locum, si appellatur vt infra, datur infrascripta responsio.

Pro N. contra N.

Coram Domino meque, &c. idem citra, &c. & à pratensa sententia diffinitiua sentiens se enormiter læsum & grauatum, timensque

fa

in futurum magis lædi & grauari posse, appellauit, prout in cedula quam facto dedit tenoris, &c. petens sibi de apostolis responderi omnia, &c.

Ex tunc Dominus appellanti dedit refutatorias in forma.

Tenor verò cedulæ appellationis à diffinitiua solet esse per instrumenta, vel partis confessionem, quę est efficacior, quam probatio per testes, Rota *in Romana executionis trium conformium 27. Ianuarÿ 1648.*

Et aduerte, quod qui petit immissionem, fatetur non possidere, Rot. *in Portuen. Stagni 8. Februarÿ 1647. coram R. P. D. Verospio.*

Idem euenit illi, qui petit sibi relaxari bona, Rota *in Meleuitana bonorum prima Februarÿ, & 9. Decembris 1647. coram bon. memor. Arguelles, & in Mediolanensi pratensa deuolutionis 11. Februarÿ 1650. coram R. P. D Meltio.*

Oritur enim ex hoc confessio partis, ex qua ipsi prohibetur manutentio, Rota *in Alexandrina pensionis 19. Iun. 1648. coram R. P. D. Celso.*

Idem facilius eueniet petenti præceptum de amouendo aduersarium, Rota *in Alexandrina Canonicatus 9. Septembris 1648. coram R. P. D. Cerro.*

Sed aduerte, quod Rota etiam dixit, quod petens immissionem aduersus detentationem, non fatetur aduersarium possidere, *in Bononien. bonorum 28. Iunÿ 1647. coram R. P. D. Ottbobono.*

Minus dabitur manutentio illi, qui petit associationem, quia fatetur alium possidere: benè verum est, quod dabitur illi, qui petit manutentionem, & quatenus opus sit associationem, seu immissionem: quem modum pro optima cautela approbauit Rota *in causa Romana Domus 4. Maÿ 1648. coram Reuerendissimo Domino Dunozetto.*

In incorporalibus scias sufficere vnicum actum pro manutentione, Rota *in Florentina Prioratus 23. Iunii 1642. coram Carillo*; dummodò talis actus non dederit causam liti, *Vicen. administrationis Episcopatus 16. Septembris 1624. coram bon. memoriæ Remboldo*, vbi etiam quod in pari casu præfertur possessio titulata.

Mater autem tutrix, quæ cepit possessionem bonorum mariti nomine filiorum, non potest manuteneri in sua possessione, quam habebat iure familiaritatis tempore viuentis mariti, quia tunc censetur propriç possessioni renunciasse, & habebit solam actionem de dote, Rota *in Albanen. vineæ 13. Iunii 1625. coram bon. memor. Remboldo*

Remboldo, & *in Romana census 14. Iunii 1636. coram bon. memoria Pirouano*.

Bene verum est, quod per obitum filiorum ratione successionis potest sibi mutare titulum, & tunc manutentionem potuit obtinere, Rota *in Anconitana legitimæ 21. Aprilis 1632. coram R. P. D. Dunozetto*.

An autem possidens possit dare de iure tertii, puta de legitima tertio debita? si affirmatiuè respondes, *ex dicta Anconitana legitima*.

Et caue ne instrumentum, quod produces, si potes, sit sumptum de sumpto, quia regulariter non probat: bene verum est, quod si illud adminiculabis, poteris inde habere probationem perfectam: & si scriptura fuerit reperta in archiuio, & extracta ab archiuista, vel successore in officio, plenam fidem facit, Rota *in Bononien. Archipresbiteratus, 17. Nouembris 1625. coram bonæ memoria* Remboldo.

Eumdem effectum habebis, si quod debes producere, sit publicum instrumentum, licet non fuerit extractum parte citata, vel etiam si fuerit transumptatum ex processu originali, vel etiam si fuerit obseruatum. Rota *in Camerinen. expensarum 6. Iunii 1625. coram bon. memoria Rembeldo*.

Reproducto (inquam) monitorio fit citatio *ad dicendum contra*, illaque, vt supra reproducitur, & obtinetur decretum, & fit productio in broliardo modo superius expresso.

Et licet de stilo Rotæ recognitio iurium possit fieri quandocunque, Rota *in Ferrarien. fideicommissi 10. Iunii 1624. coram bon. memoriæ Remboldo*, & *in Arboren. Canonicatus 16. Nouembris 1633. coram bonæ memoria Merlino*. Tunc,

Si illa recognosces in termino citationis *ad dicendum contra*, prudenter ages, etiamsi recognitionem accipiat Notarius, quia de stilo Curiæ iuramenta, & examen solent Notario committi, Rota *in dicta Bononien. de Manzolis 13. Nouembris 1623. coram bonæ memoria* Remboldo.

Si autem pars se opponeret, & peteret recognitiones cum interrogatorijs, hoc debet admitti: sed si agitur de recognitione Instrumenti publici, sufficiet, quod testes dicant habere notam manum Notarij, Rota *in Bononien. de Manzolis 13. Martij 1626.* Secus autem esset dicendum, si deberet recognosci apoca priuata, quia est facienda distinctio. Si enim agitur de apoca, quæ fieri nõ solet sine testibus; tunc, vt recognitio sit valida, testes deponentes super illius recognitione debent deponere quod fuerunt præsentes

quando

quando dicta apoca scripta fuit: si vero agitur de apoca, quæ regulariter fieri solet absente parte, vt in epistolis, & cedulis mer- Mercatorijs, & tunc sufficit, quod testes dicant se vidisse alias scribere illum, qui illam scripsit, & confecit, Roca *in dicta Bononien. de Manzolis 13. Martii 1626. coram bonæ memoriæ* Remboldo, vbi expressè reijcitur (quod ore fertur) quod de stilo curiæ sufficiat, quod testes dicant habere notam manum; & declaratur, quod stilus huiusmodi verificatur tantum in publicis instrumentis; & quod in litteris missiuis, & schedulis mercatoriis sufficiant testes qui dicant, vidisse alias scribere, & quod qualitas requisita in scripturis obligatorijs, fuisse præsentem non habeat locum in dictis epistolis, & schedulis, firmat Rota *in Romana successionis* 11 *Martij 1643. coram bonæ memoriæ Carillo*

Caue etiam, quod producens etiam per compulsum, si posteà vtitur scriptura producta, dicitur illam approbare Rota *in Bononien. fideicommissi de Manzolis 15. Martij 1630. coram bonæ memoriæ Coccino.*

Sed recognitio debet opponi tempore productionis, Rota *in Vrgellen. Canonicatus 27. Nouembris 1634. coram bonæ memoriæ Pirouano.*

Si autem agatur in causa monasterij, & producantur iura extracta ex eorum archiuio, etiam illa probant Rota *in Firmana beneficii 8. Martii 1647. coram bonæ memoriæ Merlino.*

Si verò probatio erit facienda per testes, tunc formabis tuos articulos iuxtà solitum, & exprimes.

Qualmente la verità fù, & è, che dal 1640. sino al giorno di hogg il Signor Carlo Chino è stato, & è in quieto, e pacifico possesso di vna casa posta in Roma nella Piazza di Pasquino appresso i beni da vno &c. dall'altro &c. auanti la strada publica, e quella hà locata, e dislocata in parte &c. ne hà preso continuamente le pigioni, & in parte l'hà anche sempre habitata, & hoggi l'habita, & hà fatto in essa tutti, e singoli atti possessorij, che si sogliono fare dalli veri e legitimi possessori delle case loro, e questo essi testimonij lo sanno tanto per hauerne visto, parte habitatore e seruirsene come di cosa propria, e nel resto per hauer visto affittarla, e prenderne le pigioni dalli pigionanti ò suoi conduttori per tutto il tempo articolato, e di ciò è stata, & è publica voce e fama.

Isti articuli producuntur in actis, & adnotantur in broliardo vt supra dictum est præuia citatione ad dicendum contrà articulos in forma

forma; vellem scires, quod sunt aliqui diligentes Procuratores, qui post examen legitimè factum solent seruare quatuor terminos substantiales, videlicet.

Ad articulandum ad octauam, dicendum contra articulos, producendum omnia; & dicendum contra producta ad secundam diem in terminis substantialibus, omni meliori modo.

Licet ab alijs non viderim seruari, ego tamen puto quod cautius agatur, si illi seruentur, & postmodum citetur aduersarius prout infrà.

A. C.

Citetur D. *N. ex aduerso principalis ad videndum instantem manuteneri in pacifica, & quieta possessione* Domus, *de qua agitur, cum pertinentijs eius, et mandatum de manutenendo, et aliud quodcumque desuper necessarium, et opportunum decerni, et relaxari ad p. a. Instante* D. *N. siue, etc.*

Executa ista citatione, reproducitur in actis, & Notarius substitutus adnotabit.

Relatione facta comparuit idem citra, etc. et petijt, et obtinuit vt supra, nisi adp. d. cum intimatione. Super quibus, etc.

Sunt etiam aliqui, qui seruant terminos substantiales vt supra, & volunt manutentionem per cedulam: tunc citant ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales, & ad sententiam in forma, vt supra diximus in Iudicio Adipiscendę.

Quando proceditur per decretum attenta adiectiua cum intimatione, debet fieri intimatio vt infrà.

A. C.

Intimetur D. N. qualiter D. mandauit instantem manuteneri, et mandatum de manutenendo decreuit, et relaxari, et alias prout in actis. Instante D. N. ex aduerso principali, siue, etc. Ser Antonius.

Transacto termino à Iudice prefixo, datur mandatum de manutenendo iuxtà stilum Notariorum, cuius formulam non pono, quia illam poteris habere à Salustio Tiberio, si studiosus eris.

Vigore dicti mandati de manutenendo continuatur possessio, vel vt dicunt, vigore dicti mandati accipitur possessio realiter cum

effectu, & actualiter cum executore, & Notario, qui rogatur de instrumento illius: non enim sufficit decretum, quia illud non dat possessionem, sed requiritur actualis apprehensio. Rota *in Portuen. Stagni* 8. *Februarij* 1647. *coram R. P. D. Verospio.*

Si nescires modum, quo probatur possessio officij vacabilis Romanç Curię, recursum habebis ad Rotam *in Romana Officij* 28. *Iunij* 1648. *coram* R. P. *D. Ottobona*.

Quot testes autem requirantur in tali iudicio: Dic quod sufficit vnus. Rota *in Beneuentana Parochialis* 29. *Nouembris* 1649. *coram* R. *P.* D. *Celso.*

Et talis testis probat possessionem, si dicat, Possidet, absque redditione rationis. Rota *in Vladislauien. manutentionis* 5. *Iunij* 1648. *coram* R. *P. D. Ghisilerio.*

Et aduerte quod in hoc iudicio debentur fructus à die petitæ manutentionis, libelli scilicet, vel citationis ad dicendum contra. Quomodo autem tales fructus liquidentur, vide Rotam *in causa Bononien. bonorum* 26. *Februarij* 1649. *coram* R. *P. D. Ottobono.*

Condemnatus verò in petitorio, qui obtinuit in possessorio ab eodem Iudice, potest appellare, quo ad petitorium, & exequi mandatum de manutenendo & eius vigore capere possessionem. Rota *in Calaguritana Beneficij* 17. *Februarij* 1648. *coram* R. *P.* D. *Bichio*.

Nec manutentionem impediunt exceptiones, quę non sint probatę per rem iudicatam, vel partis confessionem, vel per instrumentum publicum. Rota *in Leodien. Personatus* 16. *Maij* 1650. *coram* R. *P. D. Cerro.*

An autem confessio de recepto in instrumento apposita, vel etiam probata per testes, sit sufficiens ad obtinendum manutentionem? Credo quod non, quia istam opinionem secuta est Rota *in Parmen. pensionis* 13. *Martij* 1640. *coram* R. *P. D. Bichio*.

Si verò concurrant duo possessores, qui sub eadem die cœperint possedere: certè dices, quod debet ille manuteneri, qui apposuit horam. Rota *in Bononien. manutentionis* 19. *Iunij* 1647. Et quando discrepatur cui horologio standum sit, quando agitur de præuentione, dic quod statur numero pluribus ad instar testium. Rota *in Abulen. portionis* 14. *Iunij* 1647. *coram* R. *P. D. Celso*.

Quid si agatur in causa de partibus longinquis expresse datur per contradictas? Tali casu Rota retardat expeditionem in possessorio, & disputat negocium in petitorio, & vtrumque de stilo simul termina-

minatur Rota *in Leodien. Dominij* 10. *Ianuarij* 1650. *coram* R. P. D. *Cerro*.

Aduerte etiam, quod in possessorijs, vel executiuis si Iudex grauat debitorem, non datur illi manutentio, vel rei integratio, sed reuidetur causa in petitorio, & Iudicio ordinario. Rota *in Romana restitutionis dotis* 4. *Februarij* 1650. *coram* R. P. D *Peutingerio*.

Si autem vigore mandati de manutenendo caperentur pignora scias quod hoc fuit damnatum à Rota *in Bononien. manutentionis* 26. *Iunij* 1647. *coram* R. P. D. *Peutingerio*.

In beneficialibus si contingeт disputatio inter possessionem captam capitulariter, & aliam non captã capitulariter culpa, facto, & ex impedimento capituli: Scias quòd Rota dedit manutentionem illi, qui habebat possessionem non capitularem; vt est casus *in Lucana Canonicatus* 22. *Maij* 1646. *coram R. P. D. Peutingerio*.

Et si adeat aliqua turbiditas, Rota solet videre de bono iure, etiam ad effectum manutentionis. Videbis causam *in Pampilonen. iuris nominandi Vicarium* 17. *Iunij* 1647 *coram eodem*.

Executio quoque probat possessionem illius, contra quem fuit facta executio. Rota *in Anconitana prædij* 26. *Nouembris* 1630. *coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio*.

Si verò agatur de possessione coniuncti, illa præsumitur iure familiaritatis, & non erit manutenibilis: bene verum est, quòd si superueniet aliquis titulus, puta hæreditarius, vel similis, tunc erit manutenibilis, quia potuit sibi mutare causam possessionis, Rota *in Camerinen. Prædij* 21. *Iunij*. 1624. *coram D. Remboldo*.

Colonus quoque dicitur pro hærede possidere, & ex tali possessione datur manutentio hæredi, vt dicitur *in dicta Camerinen. Prædij coram dicto* R. P. D. *Remboldo*.

Difficultas erit quia de iure communi hæres non manutenetur ex possessione defuncti, Rota *in Veliterna Affictus* 31. *Ianuarij* 1615. *coram eodem*.

Romæ verò, & in districtu, fuit sublata talis difficultas à Statuto Vrbis *de continuanda possessione in hæredem, lib.* 1 *cap.* 147. vt est casus in *Tiburtina spolij* 22. Maij 1634. *coram bonæ memoriæ Coccino Decano*.

Aduerte etiam, quod in beneficialibus non datur possessio sine titulo. Rota *in Florentina Prioratus* 23 Maij 1642. *coram bonæ memoriæ Carillo*.

Et quod in materia iurisdictionali, sola iuris assistentia sufficit ad obtinendũ mandatum de manutenendo: sic enim reiecta anti-

F 2 qua

qua opinione, de qua *in decis.* 1495. *coram Seraphino*, & *alibi*, firmat Rota *in Ampurien. seù Ciuitaten. deputationis Vicarii* 13. *Ianuarii* 1651. *coram R. P. D.* Meltio.

An autem duo actus diuersæ speciei attendantur pro manutentione? Tu dices, quod si habent causam vniuersalem, & vniformem, sunt sufficientes, *Neritonen. Pracedentiæ* 20. *Iunii* 1650. *coram R. P. D. Peutingerio*.

Scias etiam in beneficialibus, quod tria requiruntur pro triennali possessione: primò, adeptio possessionis: secundò, continuatio pacifica, quę presumitur, si non docetur de contrario: tertiò, titulus, siue verus, siue coloratus. *Leodien. Præpositura de Hartianes* 4. *Maij* 1650. *Cerro*.

Et quod detur etiam multiplicatio titulor. &c. & qui aliquando apparuit cum possessione vicina, habuit fomentum ab alio titulo, cum quo obtinuit manutentionem, est casus *in Vrgellen. Decanatus* 2. *Septembris* 1650. *coram eodem*.

Ab ista sententia, seu decreto manutentionis, si proceditur per sententiam, datur appellatio: secùs verò si per decretum: est opinio relata à Rota *in Bononien. bonorum* 17. *Martij* 1649. *coram R. P. D. Bichio*. Et in specie, quod quando super manutentione datur sententia diffinitiua, à dicta sententia datur appellatio suspensiua, *Assisien. bonor.* 26. *Iunij* 1626. *coram bonæ mem. Remboldo*.

De Possessorio incidenter intentando inter acta alterius Iudicij. Cap. VII.

POssessorium hoc datur inter cętera, quando vel in partibus vel in curia, fuit pronunciatum in negocio principali, sed Iudex nulliter, & iniustè processit hoc modo.

Si appellatur à sententia, vel diffinitiuo decreto Iudicis de partibus, aditur exempli gratia Notarius tribunalis A. C. cui consignatur Instrumentum publicum dictæ sententiæ, vel decreti, & ipse illud in actis producit, firmando comparitionem sub huiusmodi forma.

Pro tali contra talem.

Coram D. meque, &c. N. Procurator, & à sententia de partibus, de

de qua docuit per instrumentum publicum tenoris, &c. appellauit, &c. petens sibi de apostolis responderi non solùm, &c. sed omni, &c.

Deinde notat responsionem apostolorum.

Cui Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus dedit testimoniales in forma.

Dantur testimoniales, quia hæc responsio apostolorum potest dari à quocunque, coram quo interponatur appellatio, etiamsi sit Notarius, vel honesta persona, quia coram omnibus potest appellari ad effectum habendi talem responsionem. Tu videbis Rustic. *par. 7. cap. 3. numero 27. & seqq.*

Vigore dictæ appellationis datur à Notario citatio cum inhibitione in solita forma, illaque in partibus præsentatur parti, quæ in causa habet principale interesse, & habita relatione reproducitur in actis illius Notarij, qui illam concessit, ad effectum prosequendi iudicium.

Aduerte, quod requiritur instrumentum publicum sententiæ de partibus, quia secus appellatio nihil valeret, & inhibitio moderaretur; sic iubente reformatione sanctę memoriæ Pauli Quinti, *titulo de Auditore Cameræ*, §. *appellationes.*

Idem dices, si causa non ascenderet ad scuta quinquaginta, quia hoc idem prohibet eadem reformatio, *titulo de Notarijs tribunalium Vrbis*, § *& in monitorijs specialibus.*

His enim casibus citatur corā Iudice appellationis *ad videndum moderari citationem cum inhibitione nulliter, et indebitè extortam; vel saltem declarari illam non afficere iudicium, seù sententiam in partibus obtentam.* Et fit decretum, cum datione termini ad arbitrium Iudicis, cum intimatione.

Idem facies, si sententia de sui facie non sit appellabilis, vt puta, quia fuit actum in aliquo possessorio, in quo non datur appellatio.

Sed tunc Iudex solet concedere maiorem dilationem, ad effectum, vt transportetur processus, ex quo possit dignosci validitas & iustitia, vel inualiditas & iniustitia, quorum ratione causa debeat sustineri in tribunali.

Si enim postea dignosceretur causam non esse appellabilem in suspensiuo; Fit decretum moderationis in suspensiuo, firma remanente causa in deuolutiuo.

Et ad istum actum sufficit citare Procuratorem, qui petijt, sic dicente reformatione Sanctissimi, *titulo de Notarijs*. §. *Citationes, monitoria, seu quasuis alias prouisiones*: ad quæ te remitto.

Trans-

Transportatis autem actis in prosecutione iudicij, si causa formatur in curia in solo deuolutiuo, & fuit executa sententia de partibus:

Si voles obtinere ab A.C. mandatum de manutenendo, debebis ante omnia suspendere petitorium, in hanc vel similem formam de qua docet Salustius *in sua praxi lib.2. cap. 2 n. 6.*

Pro N. contra N. In officio, &c. N. Procurator, qui declarauit, & declarat, quod in hoc iudicio intendit agere solo possessorio, & si quid in eo aliquid actum fuerit, quod concernat petitorium, id solum factum fuisse, & esse ad effectum continuandi, & colorandi ipsum iudicium possessorium; quod petitorium ex nunc suspendit, & pro suspenso habet, habereque vult, & intendit; & quod per quemcumque actum faciendũ in hac causa, non intendit ab huiusmodi suspensione recedere, nisi de hoc expressam fecerit mentionem. De quo expresse protestatur non solum modo, & forma praemissis, sed omni alio meliori modo.

Quæ autem circa hoc euenire possint & fieri debeant, tu habes dictum Salustium *loco citato*, ad quem habebis recursum; prout etiam recursum habebis ad Rusticum *de petitorio ac possessorio, ac alterius suspensione cap. vltimo lib. 4. fol. mihi 106.*

Et scias quod suspenso petitorio, si adsit nullitas & iniustitia, quinimò etiamsi adsit rescriptum Signaturæ cum clausula, *sine praeiudicio*, datur manutentio grauato. Rota *in Beneuentana manutentionis 9. Iunij 1649. coram* R. P. D. *Peutingerio.*

Nec quælibet nullitas, vel iniustitia tibi sufficiet, sed illa debebit esse valde clara, quia aliàs cùm manutentio non sit remedium ordinarium, non poteris procedere per viam manutentionis, Rota *in* Romana *de Bombellis 31. Maij. 1613. coram bona memoria Cardinali Sacrato.*

Et repeto, quod in possessorijs, & in executiuis, si Iudex grauat notoriè debitorem, & non procedit tanquam priuatus, non datur manutentio, neque reintegratio. Rota *in dicta Romana restitutionis dotis 4. Februarij 1650. coram* R. P. D. *Peutingerio.*

Nec in possessorio dari restitutionem in integrum, fuit dictum in *Mediolanen. legati quarta Decembris 1615. coram bona memoria Remboldo.*

Aduerte autem, prout infra, quod loco citationis cum inhibitione ab A. C. poteris etiam obtinere similem citationem cum inhibitione à Iudice Commissario vigore commissionis, cuius formulam habebis in fine. Et hæc satis quoad iudicium Retinendæ.

De

De possessorio Reintegrandę. Cap. VIII.

HOc iudicium datur aduersus factum Iudicis, quando processit tanquam priuatus, vt dictum est supra *in dicta Romana restitutionis dotis coram R. P. D. Peutingerio*.

Et datur aduersus occupatorem iniustum. Extrema, quę in ipso erunt probanda, sunt tantùm duo, possessio scilicet antiqua ipsius agentis spoliati, & moderna possessio rei conuenti identificè probata, est casus *in Tiburtina* Spolij 22. *Maii 1634. & 5. Martii 1635. coram bona mem. Coccino*.

In isto iudicio veniunt restituendi fructus a die moręlitis, vt dixit Rota *in dicta causa Tiburtina Spolii 29.* Ianuarii *1638 coram eodem.*

An autem idem erit decernẽdum contra priuatum, qui per vim, & propria auctoritate aliquem spoliauit, habes textum *in l. si quis in tanta furoris audacia, C. vnde vi*, ad quem te remitto.

Quomodo autem sint faciendæ probationes, habes supra. Monitorium, quod est necessarium in hoc iudicio, erit huiusmodi.

De mandato &c. & ad instantiam N. principalis tenore præsentium.

Moneatur B. qualiter infra triduum proximum debeat à detentatione, occupatione, et spolio Domus *&c. posita &c. iuxtà &c. cessasse, destitisse, & abstinuisse, ac reintegrasse, ac possessionem eiusdem* Domus *dicto* D. *instanti dimisisse, & relaxasse, & ad illam eundem instantem in statum pristinum reposuisse, cessareq. desisti, & abstineri, dimitti, relaxari, reponi, & reintegrari d. Instantem vidisse Prætereà pari modo moneatur idem* D. B. *quatenus &c. debeat eidem* D. *instanti reddidisse. & restituisse omnes, & quoscunque fructus, redditus, & prouentus, pensiones, & emolumenta quæcumque à dicto B. à die commissi spolii perceptos, & percepta, quæque percipi potuerunt percipientur, et percipi poterunt in futurum vsque ad diem purgati spolii huiusmodi, siuè illorum pretium etiam ad rationem quantiplurimi iuramento* D. *instantis, quatenus opus sit, præuia* D. *Iudicis taxatione liquidan. refecisse, soluisse, et exbursasse, debitamque solutionem et satisfactionem fecisse et impendisse vsque adhuc, et alia omnia desuper necessaria, et opportuna, tam principaliter, quam incidenter, coniunctim, separatim, et in solidum, et alias omni meliori modo tam ante*

onis, quam post litem contestatam relaxanda supradicta, et aliis causis, et rationibus, si et eam quæ fuerit relaxan. eisdem omnibus et singulis iuris, et facti remediis necessarijs, et opportunis astringi, arctari, cogi, et compelli, et mandatum de reintegrando, et respectiuè executiuum, & alias quodcumque desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, iustiq; & iustitiam fieri, & administrari, atque omne ius, omneque remedium D. instanti etiam, & expeditius deduci, beneficiumque iuris, & nobile officium iudicis implorari, præmissaque & alia omnia necessaria & opportuna sic & alias omni meliori modo fieri & interponi debere, & audiuisse, expensasq; &c. refecisse, & si quid &c. deduxisse, & præsentibus omnino petiisse omni meliori modo &c. alioquin &c.

Dixi, liquidationem fieri cum iuramento, quia hoc modo etiam in huiusmodi fit liquidatio, Tu videre poteris totum titulum *de in litem iurando*.

Tu vero vt scias quando sit facienda liquidatio, videbis *dictam Tiburtinam spolii 29. Ianuarij 1638. coram bonæ memoriæ Coccino*.

Monitorio vt supra executo, triduoque transacto, instituitur iudicium, & probatur possessio, prout de alijs possessorijs dictum est.

Dixi triduo, quia ista dilatio est satis congrua: ad hoc, poteris videre *l. siue, ff. de ferijs*; quæ licèt loquatur de dilatione inter iudicium, aptatur tamen huic legitimo termino.

Seruantur postmodum quatuor termini substantiales supra recensiti; & illis seruatis, est aduertendum, quod debet dari legitimum internallum, ne sententia dicatur lata præcipitanter, qualiter fieret, si non effluerel tempus legitimum, & de iure debitum.

Terminatur autem hoc iudicium cum citatione ad sententiam in forma, quam habes supra, & obtinetur publicari sententia, cuius formula talis, vel similis esse poterit.

CHRISTI nomine inuocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Iuris peritorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ primo in prima inter B. actorem ex vna de & super reintegratione ipsius B. ad veram realem corporalem, & actualem possessionem Domus sitæ, &c. eiusque spolia, &c. & R. reum conuentum de & super relaxatione, & admissione dictæ Domus, rebusque alijs, &c. coram nobis versæ sunt; et vertu n-

fiuntur instantia partibus ex altera, dicimus pronunciamus, decernimus, & diffinitiuè sententiamus dictum D. A. ad possessionem veram, realem, & corporalem dictæ Domus reponendum, et reintegrandum, & d. B. inde eiicien. & expellen. fore, & esse prout reponi reintegrari, et respectiuè d. B. eiici & expelli mandamus, & dictum D. A. in dictam possessionem remittimus, & reponimus, & mandatum de reintegrando, & reponendo, & aliud quodcumque desuper necessarium, & opportunum decernimus, & relaxamus omni meliori modo, &c. Insuper pari nostra sententia, dicimus pronunciamus, & diffinitiuè sententiamus dictum D. B. fuisse, & esse condemnandum, prout condemnamus ad restituendum eidem D. A. omnes, & singulos redditus prouentus, pensiones, & emolumenta quæcunque per dictum B. à die commissi dicti spolij citra perceptos, & percepta, quæque percipi potuerunt, siue ad soluendum illorum pretium per nos, seù alium liquidandum, & mandatum executiuum, et aliud quodcumque desuper necessariũ, et opportunum decernendum, et relaxandum fuisse, et esse, prout decernimus, et relaxamus, victumque victori in expensis condemnamus, quarum, et dictorum fructuum, emolumentorum, et aliorum peritorum taxationem, et liquidationem nobis, vel cui de iure reseruamus non solum, etc. sed omni, etc.

Ita pronunciaui Franciscus Maria Baranzonus Locumtenens.

Tu autem aduerte quod licet dixerim in formula Sententię, ad fructus, qui percipi potuerunt, tamen res est benè considerandа, quia Rota non solet condemnare ad fructus, qui percipi potuerunt. Est casus *in Bononien. bonorum* 28. Iunij 1647. *coram R. P. D. Ottobono*.

Ab ista Sententia regulariter non datur appellatio suspensiua, vt supra, propter Aegydianam, ex eo quod continet possessionem vt supra consideratum est. In ijs vero, quę concernunt liquidationem fructuum, datur appellatio suspensiua, et seruatur ordo, prout dicam infra suo loco de Iudicio ordinario.

Mandatum, quod datur vigore dictę sententiæ tu videbis apud Notarium, qui habet de eo formularium à suis practicis pręceptoribus, vt puta ab Antonio Palucio, Ioan. Felice Sernicola, Fabio Aloysio, Ioanne Zeppio, Marco Antonio Tempestino, & alijs huiusmodi.

Possessio verò vigore dicti mandati extat sub tenore supra expresso, vel indicato.

Debes etiam scire quod quando est aliquod attentatum, loco reuocationis illius datur mandatum de manutenendo. Rota *in Vladislauien. villæ de Oppembrucb.* 3. *Iulij* 1645. *coram* R. P. D. *Ottobono*, & *in Mileuitana Antianitatis coram Reuerendissimo* D. *Dunozetto*.

Et habes amice ex superius, dictisque quale sit iudiciũ Adipiscendę, qualiaq; sint Retinendę, & Recuperan. si aliis indiges, ex his poteris habere exemplum, & tuo iudicio vti. Modò, quoniam frequenter accidit, relictis sine numero exemplis Adipiscendę, dicam de iudicio Saluiani.

De Iudicio Saluiani interdicti. Cap. IX.

ANtequam hoc iudicium intentare audeas, aspice primò, an habeas creditum cum hypotheca, secundo, an habeas probationem pro iustificãdis duobus extremis, possessionem scilicet debitoris de tempore, vel post obligationem; & possessionem recenti rei conuenti, hęc enim, in hoc iudicio de necessitate requiruntur, vt in puncto resoluit Rota *in Romana Saluiani* 20. *Martij* 1651. confirmata 19. Iunii eiusdem anni *coram* R. *P.* D. *Verospio*.

Exigitur etiam monitorium, quod poterit esse sub infrascripta forma, videlicet.

DE mandato &c. & ad instantiam D. Petri Auersę principalis Creditoris D. Sacripantis Nouelli in scutis 300. monetę debitis ex causa fructuum census scutorum quingentorum in sorte decursis, & non solutis per dictum Sacripantem die 14. Septembris 1629. impositi in fauorē ipsius instantis sub obligatione Camerali, & iuramento, prout ex instrumento rogato per acta Seremedij Notarij publici.

Tenore præsentium moneatur Sicinius Riccius ex aduerso principalis detentor, & occupator vnius Domus positę Romę in contrada Triuij iuxta &c. alias tempore venditionis dicti census, & postea per dictum Sacripantem possessę, quatenus infra triduum proximum ab executione præsentium computan. sub pœnis quingentorum &c. debeat realiter, & cum effectu à dicta detentione, & oc-

e t occupatione cessasse, & destitisse, imò verò possessionem veram, realem, & actualem eiusdem domus, illiusq. iurium, membrorum, & pertinentiarum vniuersarum dicto instanti dimisisse, & relaxasse, cessariq. desisti, & dicto D. instanti in dicta possessione inducto poni, & immitti ad retinendum ex remedio vtilis Saluiani interdicti, & quouis aliore medio ipsi instan. vtiliori, & expeditiori in possessorio, donec, & quousq; eidē ex pètionibus d. Domus de dd. fructibus censius decursis, & non solutis, ac in posterum suis loco & tempore decurrendis, ac de omnibus alijs expensis fuerit integre satisfactum, seque ad hæc & alia omnia in processu causę & causarum huiusmodi tam principaliter, quam incidenter, coniunctim, separatim, & insolidum ante, & post litem contestatam deducendum supradictas, & alias ob causas & rationes, si & cum opus fuerit deducendum, astringi, arctari, cogi, & compelli, & mandatum de immittendo, & aliud quodcumque desuper necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, iusque & iustitiam fieri, & administrari vidisse, & audiuisse, expensasque refecisse, & si quid &c. deduxisse, & pręsentibus omnino paruisse omni meliori modo, alioquin, &c.

Executo monitorio, citatur *ad dicendum contra iura* in forma; & si habeas instrumenta, quæ probent requisita, illa produces, & sic fundabis tuam intentionem: si verò non habes iustificantia extrema, debes saltem producere instrumentum probans creditum cum hypotheca; vt puta, si fuerit munitum obligatione Camerali, & iuramento: cæteras autem probationes procurabis facere cum examine testium, prout supra dictum est mediante articulorum productione, quarum forma potest esse infrascripta.

Qualiter veritas fuit & est, quod D. Sacripantes de anno 1619 & per multum tempus postea habuit, tenuit, & pacificè possedit domum positam Romę in Regione &c. iuxtà &c. illam locando, & dislocando, pensiones ex ea percipiendo, & in proprios vsus conuertendo, & respectiuè illam habitando, & ipsa vtendo fruendo prout veri, & legitimi possessores facere solent de rebus ab ipsis possessis, & de hoc fuit, & est publica vox, & fama.

Si autem vis cautius agere adde in articulo rationem, & causam scientiæ videlicet:

Et hoc testes sciunt, quia pręmissa viderunt, & audierunt etiam ab alijs informatis. Vel poteris apponere aliud simile; prout occasio sua debit.

G* 2 Secun-

Secundo qualiter &c. eadem Domus vt supra possessa tali tempore per dictum Sacripantem in eodem corpore, et substantia detinetur, & possidetur, & occupatur à D. Sicinio, idquè testes sciunt, quia, viderunt dictum Siciniumpossidere illam locando, & dislocando pensiones eiusdem percipiendo, & alios actus possessorios faciendo, qui fieri solent à veris occupatoribus & detentoribus rerum, quas occupant, & detinent, & de his fuit, & est publica vox, & fama.

His articulis probatis, vt supra dictum est in alijs iudicijs, premissis legitimis citationibus, dilationibus, & intimationibus, accipitur summarium testium à Notario, illudque summariatum, & restrictum, si tibi credet, dabis Iudici cum aliquali informatione in scriptis, iuxtà materiam considerate compositam. Et *Citetur aduersarius ad terminos substantiales*, ad formam supra præscriptam: vel ad formam designatam per D. Gratiosum Vbertum superius indicatam.

Et aduerte, quod si causa non excedit summam scutorum 200. termini substantiales non sunt necessarii vt docet te.

Si vero causa excedet talem sumam, semper erunt seruandi.

Nec te decipiat, si agis pro annuis præstationibus, seù redditibus, quòd summa non ascendat ad dicta scuta 200. si forte etiam ages pro fructibus decurrendis: Quia in his, quæ habent tractum successiuum, melius est illos semper seruare, & postmodum citabis partem hoc modo.

Citetur D. Sicinius, &c. ex aduerso principalis ad videndum reiterari omnes, & singulos terminos substantiales malè forsan, nulliter, & inculcatè tentos, & seruatos, & in vim quarumcumque facultatum, Instantem à censuris absolui, si quibus, &c. deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum, & audiendum sententiam diffinitiuam ad p. d. Instante D. Petro Auersa principali siue, &c. Serantonius Notarius.

Executa personaliter citatione, saltim domi dimissa copia reproducitur, & Notarius sic infra scribit.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt & obtinuit terminos reiterari in forma, & à censuris, si quibus, &c. absolui, petens amplius, & instans vt supra omni, &c.

Ex tunc Illustrissimus & Reuerendissimus D. Melchiorius Locum-

tenens

nentes sedens, &c. sententiauit, & pronunciauit prout in cedula, quam facto legit, et mihi Notario dedit tenoris, etc. omni, etc. super quibus, etc. præsentibus Connotarijs testibus, etc.

Tenor sententiæ erit similis.

CHRISTI nomine inuocato, &c. Pro Tribunali sedentes,&c. Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de iuris peritorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & caussis, quæ primo in prima inter Dominũ Petrum Auersam actorem ex vna, & D. Sicinium Ricciumreum conuentum de & super dimissione,& relaxatione possessionis Domus positę Romæ in Regione, &c. iuxta, &c. pro scutis quingentis monetæ ex causa fructuũ Census decursorum, & non solutorum, & aliorum eiusdem Census fructuum suis debitis terminis, & temporibus decurrendorum, de quibus agitur,rebusq; alijs,&c. in processu causæ,& causarum huiusmodi latius deductis ex altera: Dicimus pronunciamus, decernimus, & diffinitiuè sententiamus dictum D. Petrum immittendum: & imponendum fuisse & esse in veram, realem, & actualem possessionem dictæ Domus, & eorum membrorum, & pertinentiarum quarumcunque ad retinendum ex remedio vtilis Saluiani interdicti, donec & quousque ex pensionibus dictę Domus de dictis scutis trecentis pro fructibus decursis, & non solutis, & de alijs fructibus in futurum suis loco, et tempore decurrendis fuerit integrè satisfactus, indeque eundem Sicinium eijciendum, et expellendum fore, et esse, prout imponi,immitti, et eundem Sicinium eijci, et expelli volumus, et mandamus, ac immittimus imponimus, et respectiuè eijcimus; et mandatum de immittendo, et aliud quodcumque de super necessarium, et opportunum decernendum, et relaxandum fuisse, et esse, prout decernimus, et relaxamus, victumque victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure reseruamus. Et ita dicimus, etc. non solum, etc. sed omni, etc.

Ita pronunciaui Marcellus Melchiorius Auditoris Camerę Locumtenens.

Statim lata hac sententia, nisi aliquid Ecclesiasticum impediat, vt supra dictum est in alijs possessorijs, expeditur mandatum de immittendo iuxta stilum Notariorum; et fit immissio, et executio secundum formam supra indicatam.

Scias quod immissus, postquam congruo tempore possedit, potest

rest cogi ab eo, qui immissionem passus est, reddere rationem de perceptis: et, si dat notulam cum iuramento eorum, quæ percepit, illi standum est: qui verò contrarium prętendit, debet probare. Rota *in Romana dotis* 10. *Decembris* 1632. *coram bonæ memoriæ Pirouano*. *Romana domus vigesima Iunij* 1650. *coram* R. P. D. *Ottobono*.

Et quod si agetur vigore instrumenti Census creati mediante cedula sacri Montis Pietatis, non dabitur immissio, nisi ex circumstantijs facti clarè appareat per necesse, non fuisse contrauentum menti Bullæ Pij Quinti *super forma creandi Census*. est casus *in Romana Saluiani* 31. *Ianuarij* 1646. *coram R. P. D. Verospio*.

Si vero possessor habeat credita anteriora, et prætendat retentionem ex illis; tu vide, an pignus sit sufficiens pro vtroque, et tunc liberè petes immissionem pro indiuiso, quia hoc est permissum de mente Rotæ, vt dicitur *in Maceraten. Saluiani* 11. *Martij* 1647. *coram* R. P. D. *Corrado*.

Saluianum verò non solum datur aduersus stabilia, verum etiam datur contra Loca Montium, et sic etiam à simili super Censibus. Rota *in Romana Saluiani* 22. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. Peutingerio*: quia Loca Montium dicuntur stabilia, et in illis non solum datur vt supra Saluianum, sed etiam interdictum Quorum bonorum. Rota *in Romana Locorum Montium* 9. *Februarij* 1614. *coram bonæ memoriæ Remboldo*.

Scias quoque, quod habens obligationem Cameralem potest vti iudicio Saluiani, et ad libitum variare de principali ad fideiussorem, de persona ad rem, et de vna re ad aliam, etiam lite pendente, ac etiamsi vno modo sit facta executio, nec prohibetur Creditor adire plures Iudices, donec realem executionem consequatur, cum omnia remedia executiua tendant ad vnum finem, et alterum ab altero non impeditur, ratione præiudicij ex diuersis sententijs resultantis. Et quomodo hoc procedat, est casus *in dicta Romana Dotis decima Decembris* 1632. *coram bonæ memoriæ Pirouano*.

Quando autem, et quomodo in Saluiano possit vendere pignus, ad quod fuit immissus, videbis *in dicta Romana dotis*, ad quam te remitto.

Sed aduerte, quod decennium prescribit hypothecam, et impedit iudicium Saluiani. Rota *in Firmana Saluiani interdicti* 7 *Februarij* 1624. *coram bonæ memoriæ* Remboldo, et *in Romana Saluiani* 6. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. Verospio*.

Et

Et quod si formabis sententiam ita vt inde resultet mixtura, ab ista sententia dabitur appellatio. Quando autem dicatur inducta mixtura, videbis *in Foroliuien. fideicommissi 20. Maij 1624. coram dicto bona memoria* Rembaldo.

Eiectus autem vigore sententiæ Saluiani à fundo, non tenetur ad canones, sed tenetur ille qui fuit immissus. Rota *in Romana pratensa deuolutionis vineæ 27. Decembris 1624. coram eodem* Remboldo.

Repellitur quandoque agens in Saluiano, quando reus connentus probat fecisse melioramenta, si illa liquidat in specie, si verò probat tantum in genere, tunc datur immissio, data cautione de illa reficiendo quando fuerit liquidata. Rota *in citata Assisien. bonorum 26. Iunij 1626. coram bona memoria* Remboldo.

Quando autem dicantur consumpta, et de eis non possit opponi, est casus *in Romana melioramentorum 28. Iunij 1623. coram d. bona memoria* Remboldo.

Et quod quando fuerunt liquidata, non restituatur quod fuit impensum, nec quod fuit melioratum, sed quod minus est; dicitur *in Tiburtina spolij 21. Maij 1635. coram bona memoria Coccino*, vbi habes etiam, quod est inspiciendum, an melioramenta sint perpetua, vel temporalia: et videbis differentiam super melioramentis factis in prędijs rusticis, et in prædijs vrbanis; et de melioramentis factis per ferruminationem, ad quam te remitto: remitto te etiam ad aliam decisionem *in eadem causa factam* 18. *Februarij* 1636. super eadem materia magistraliter, et doctissime ventilata.

Nec omitto monere te, quod si fit oppositio melioramentorum et de illis in genere doceatur. Tu debes procurare, quod præfigatur terminus parti tibi aduersę ad dicta melioramenta liquidanda; quia secus, immissionem validè non consequeris: illa enim de stilo Rotæ, et supremorum Tribunalium datur solum elapso dicto termino, cum cautione de reficiendis. Rota *in dicta Tiburtina spolij 21. Maij 1635. coram dicto bona memoria Coccino*.

Emphyteusis quoque, ratione pactorum, quandoque fuit dubitatum, quod impediret Saluianum; vt *in* Romana Saluiani *6. Iunij 1639. coram Eminentissimo Cardinali Verospio*, ad quam te remitto.

Sed quod detur ex quo census imponi potest super commoditate perceptionis fructuum, fuit decisum *in* Romana Saluiani 17. *Aprilis* 1643. *& nona Decembris* 1644 *coram* R. P. D. Cerro.

Quid

Quid vero si agatur vigore Instrumenti census, de cuius subsistentia dubitetur, ex quo pecuniæ fuerunt præsentes, et deseruierunt pro monstra, illasque secum Creditor reportauit? Tu dic quod si pecuniæ per momentum fuerunt penes census Impositorem, census substinetur; vt est casus *in Bononien. census* 28. *Aprilis* 1600. *coram clara memoria Cardinali Pamphilio*, quam sequitur eadem Rota *in Romana, seu Nepisina prætensi census* 6. *Martij* 1626. *coram dicto bona memoria Remboldo*.

An autem, et quando detur Saluianum pro legato, habes tractatus de Saluiano, qui materiam fusè ventilarunt.

Quid autem diceres, si fur aliquis furatus esset bona alicuius, An pro furto detur hypotheca, ita vt competat Saluianum? Videbis Gratianum *disceptationum forensium capite* 935. *numero secundo vers. Sed etiam*.

Et hæc sufficiant de Possessorijs.



DE IVDICIO ORDINARIO.

IVDICIVM ordinarium videtur ita dici ab ordine tento; quia continet ordinem datum à iure: & datur de omni re danda, recuperanda, & præstanda: velut in actione empti, & venditi, mandati, negotiorum gestorum, & similium actionum, de quibus in toto corpore Iuris, quæ sunt ferè sine numero; quando agitur de summa, vel de re, quæ excedat summam scutorum viginti; excepto quãdo agitur de summa scutorum infra viginti, de præstatione alimentorum, de assecutione pensionum, & presertim vbi agitur vigore obligationis Cameralis, vel quarantigiæ, vel vigore pacti executiui cum subiectione personæ & bonorum, & de similibus.

Hic ponemus formulam Iudicij ordinarij, quando agitur de re pecuniaria alicui debita, pro qua nulla competit via executiua.

Hoc autem dupliciter potest euenire; vel quando agitur infra summam scutorum ducentorum coram A. C. cui Paulus Quintus dat facultatem procedendi absque seruatione terminorum substantialium, & tunc fit monitorium, prout infra dicetur, de iudicio, quãdo agitur supra summam scutorum 200. illudque exequitur personaliter, & in actis reproducitur, prout dictum est supra.

Deinde fiunt probationes necessariæ ad docendum de credito, prout supra dictum est: Et si fortasse ex probationibus apparet tantum de credito in genere; tunc scias, quod poteris illud liquidare iuramento creditoris. Rota *in Romana restitutionis dotis* 10. *Ianuarij* 1650. *coram* R. P. D. *Ottobono*. Et postmodum nullis seruatis terminis substantialibus citetur, vt infra.

Citetur D. N. ad viden. instanti deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concludendum, concludique videndum, & audiendum sententiam diffinitiuam, & loco sententiæ videndum reintegrari monitorium, & decerni mandatum ad primam diem.

Ista citatio reproducitur, & obtinetur decretum in forma.

Reintegratio monitorij, quando non fuit negatũ, non videtur necessaria, quia tali casu non dicitur suspensum per negationẽ, vt ad-

uertit Saluſtius Tiberius *de modo procedendi in cauſis ordinarijs à 20. ducatis vſque ad 200. cap. 13. numero 27.*

In iſto iudicio datur appellatio, prout docetur in ordinario, à ducentis ſcutis ſupra: quod vt infra obſeruabis.

Quando vero agitur à ducentis ſcutis ſupra, fit monitorium, vt infra.

De mandato, &c. & ad inſtantiam D. Olympiadis Petruccij tenore preſentium

Moneatur B. ex aduerſo principalis, quatenus infra triduum proximum ſub pœnis, &c. debeat realiter, & cum effectu dicto D. inſtanti reddidiſſe, ſoluiſſe, & exburſaſſe ſcuta tricenta monetæ aduerſario mutuata, gratis, & amore de menſe Octobris 1650. ſeu, &c. hic Romæ, prout ſi, & cum opus fuerit, probabitur, & verificabitur, debitamque reſtitutionem, ſolutionem, & ſatisfactionem feciſſe, & impendiſſe, ſeque ad hæc & alia omnia in proceſſu cauſæ deducenda teneri, & obligatum eſſe pronunciari, decerni, declarari, ſententiari, & omnibus vijs, ac iuris & facti remedijs neceſſarijs, & opportunis cogi, & compelli vidiſſe, & audiuiſſe, expenſaſque refeciſſe, & ſi quid, &c. deduxiſſe, & præſentibus omninò paruiſſe: alioquin, &c.

Si ageretur actione negociorum geſtorum, in monitorio diceretur.

Quatenus infra triduum ſub pœnis, &c. debeat dicto D. inſtanti de omnibus, & quibuſcunque negocijs per aduerſarium inſtantis nomine quinquennio citra Romę geſtis in venditione gemmarum, in emptione, &c. in exactione, & ſimilibus, reddidiſſe computum, & rationem, cum reliquorum omnium reſtitutione, omneſque, & quaſcunque pecuniarum, rerum, & bonorum ſummas per D. aduerſarium perceptas debeat dicto D. inſtanti reddidiſſe, ſoluiſſe, & exburſaſſe, eidemque D. inſtanti iuramentum in litem dediſſe, & dari vidiſſe, ſeque ad hęc, et alia omnia in proceſſu cauſę deducenda tam coniunctim, quam ſeparatim, ante, et poſt litem conteſtatam in ſolidum teneri, et obligatum eſſe pronunciari.

Reliqua apponuntur iuxta formulam alterius monitorij.

Poſt executum monitorium, et in actis reproductum, inſtruitur iudicium per inſtrumenta, documenta, vel teſtes, ſecundum quod ſupra in aliis iudicijs dictum eſt: probatio enim, quemadmodum

in

in omnibus iudicijs est necessaria, est etiam communis, et habet eandem formulam in omnibus iudicijs.

Facta probatione, seruantur omnia substantialia, prout docet D. Gratiosus Vbertus *in sua praxi citationum*, quæ vide ibi.

Deinde citatur ad sententiam in forma: quam citationem aut vide supra, aut vide apud dictum D. Gratiosum; et illa reproducta obtinebis tuam sententiam sub infrascripto, vel simili tenore;

CHRISTI nomine, etc. in causa, etc. et causis, quę inter, etc. et coram nobis in prima versæ sunt, et vertuntur instantia, partibus ex altera: dicimus, pronunciamus, decernimus, et diffinitiue sententiamus dictum D. B. teneri, et obligatum esse ad dandum, restituendum, et soluendum dicto D. Olympiadi scuta tricenta monetę iuliorum decem pro scuto, et pro dictis scutis tricentis in fauorem dicti D. Olympiadis, et contra dictum D. B. mandatum quodcunque desuper necessarium et opportunum decernendum, et relaxandum esse, prout decernimus, et relaxamus, victumque victori in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de iure reseruamus. Et ita dicimus non solum, etc. sed omni, etc.

Ita pronunciaui Franciscus Maria Baranzonus Locumten. etc.

Difficultas erit: si alicui competit via ordinaria, et executiua, quando possit variare de vna ad aliam. A qua difficultate credo quod poteris saluari, videndo decisionem *in Auximana fideicommissi* 25. *Iunij* 1632. *coram Eminentissimo D. Cardinali Verospio*; et ad propositum vide *in Romana Saluiani* 28. *Martij* 1648. *coram* R. *P. D. Bichio* et Romana *dotis* 4. *Iulij* 1635. *coram bonæ memoriæ Pirouano*.

Quid autem erit faciendum, si debitor ad præiudicandum Creditori intendet contra ipsum iudicium ordinarium, vt puta iactationis, etc. Tu dic, quod Creditor debet protestari nolle sibi præiudicare. Hanc monitionem dat tibi Rota *in Auximana fideicommissi* 25. *Iunij* 1632. *coram Eminentiss. Verospio*.

Et aduerte quod sententia non sit concepta conditionaliter, quia esset nulla, excepto casu, in quo conditio non esset posita in parte dispositiua, & quando est posita pro faciliori executione, Iudex tamen capere debebit quamcumque interpretationem ad illam sustinendam. Rota *in Barchinonensi exemptionis* 20. *Maij* 1647. *coram* R. *P. D. Bichio*.

Lata autem cum legitimo contradictore facit statum quoad omnes, et afficit etiam non citatos. Romana *Cambij 9. Iunj 1649. coram eodem.*

Sed si sententia erit contra sententiam, erit nulla. *in Rota Hispalensi Decimarum 19. Iunij 1648. coram* R. P. D. *Meltio.*

Et quod videndum erit, si feratur non citato prius principaliter interessato. Rota *in Ianuensi professionis 28. Iunij 1648. coram dicto R. P. D. Meltio.* Et quod non veniat citandus, qui non est principaliter interessatus, dixit Rota *in Romana Cambij 9. Decembris 1650. coram R. P. D. Royas.*

Scias autem, quod in istis iudicijs ordinarijs datur appellatio ad vtrumque effectum suspensiuum, et deuolutiuum, ita quod si reus contra quem fuit lata sententia, citatus personaliter intra decem dies à die latę sententię, vel si fuit citatus domi dimissa copia, à die habitæ notitiæ appellabit, vt dicitur *in Placentina* Decimarum 28. Maij 1645. *coram R. P. D. Meltio;* Iudex dabit terminum iuris, et interim.

Tu vero animaduertes, quod si fuit appellatum infra decem, et Iudex dedit terminum iuris, eoque durante appellans non redijt pro apostolis, censetur renunciasse appellationi, et habetur, ac si non appellasset, et sententia transit in iudicatum. Rota *in* Romana *pretij equorum 5. Iulij 1649. coram bonæ memoriæ Arguelles.*

Nec potest iuuari talis appellans, si durante dicto termino obtinebit commissionem appellationis sub banca: quia eo durante appellans detinetur adeo suspensus, vt ne dum consequi non possit appellationem, sed nec Iudicem impetrare, nec commissionem obtinere valeat. Rota *in dicta Romana pretij equorum, coram* R. P. D. *Arguelles.*

Dic tamen pro veriori, quod si appellans obtinuit commissionem durante termino iuris, si appellatur à diffinitiua, sufficit, quia hoc casu lex defert appellationi ipso iure, vt dicitur *in dicta* Romana *pretij equorum.*

Et verè de stilo curiæ sufficit vt supra obtinere commissionem, citare infra annum ad dicendum contra commissionem, et infra biennium transportare acta, vt dicitur in dicta decisione, quam videbis.

Si verò euenerit, quod lata sententia Sedes Apostolica cœpisset vacare, num reus posset excusare suam contumaciam non appellando? Tu dices, quod non: quia non ideo expirat iurisdictio Auditoris Cameræ, nec durantibus nouem diebus: quidquid sit dicendum

dum in alijs actis iudicialibus. Rota *in Romana prætensa societatis* 10. *Decembris* 1646. *coram* R. P. D. *Otthobono*.

Si autem reus appellat, & non redit intra terminum iuris pro apostolis, sententia transit in iudicatum, non obstante diligentia adeundi Signaturam. Rota *in Bononien. fideicommissi, seu Domus* 30. *Aprilis* 1646. *coram* R. P. D. *Bichio*. Vbi nihilominus videtur contrarium, quando commissio dicto tempore durante peruenit ad bancum Cursorum.

Quando reditur pro apostolis infra legitima tempora, vel, quod Iudex sit paratus respondere, sic respondet.

Ex tunc Illustrissimus et Reuerendissimus D. dedit reuerentiales. Vires istius responsionis, quales sint, tu habes supra; & quod non faciat causam appellabilem, si talis non est de sui natura, habes decisionem *in Eugubina prædij* 14. *Iunij* 1649. *coram* R. P. D. *Cerro*.

Quando autem Iudex dubitat, vtrum appellatio sit interposita intra vel extra legitima tempora; tunc solet dare testimoniales.

Quando vero certum est non fuisse interpositam tempore habili, tunc solet respondere: Dominus dedit appellanti refutatorias; et hæc responsio nunquam impedit executionem rei iudicatæ.

De istis responsionibus videbis Vestrium *de appellat. apostolis, ac appellationis prosecutione capite* 3. *numero* 32. *lib.* 7. ad quem te remitto.

Et est alia responsio, quæ fit aliquando à Iudicibus in istis appellationibus, videlicet: *Dominus dedit terminum iuris*; Et hæc responsio in hoc solum differt à superiori responsione, *Terminus iuris, et interim*: quod per dictam particulam, et interim, appellans potest quandocunque redire pro apostolis durante termino triginta dierum, vt supra dictum est. In alia responsione, *terminus iuris*, non redditur, nisi vltima die, et vltimo momento dicti termini scilicet diei trigesimæ, vt dixit Vestr. *vbi supra numero* 33. *et* 34. et tunc aut Iudex respondet dando reuerentiales, vel testimoniales; et veteris superius consideratis: aut respondet dando refutatorias, et tunc cogita viam, per quam res tuas saluare possis, adeundo Signaturam: vel dat alium terminum iuris, vel non respondet; tunc appellatus non tenetur amplius redire, et satis erit si committat causam, et prosequatur, prout de iure, etc. Vest. *vbi supra dicto num.* 34. *circa finem*.

Potest etiam euenire, quod rei in sententiam condemnati sint plures. Licet regulariter appellatio ab vno ex correis interposita prosit etiam alijs.

Attamen

Attamen si fuit interposita à Procuratore vnius, talis appellatio non suffragatur alteri parti habenti alium Procuratorem. Et ratio est, quia talis collitigans constituens alium Procuratorem videtur voluisse prohibere, vt correus se ingerat quoad eius portionem. Casus est in *Taruisina feudi* 15. *Ianuarij* 1624. *coram bon. memor. Remboldo*.

A die responsionis de apostolis dantur decem dies ad committendam causam.

Benè verum est, quod sufficit docere de diligentijs adeundo Regentem Cancellariæ, vel saltem protestan. de dictis diligentijs, & quod per se non stat &c. Rota *in Helderinen. optionis* 4. *Martij* 1624. *coram bon. mem. Remboldo*.

Et causa postquàm fuerit commissa, si intra biennium non terminetur, dicitur deserta, Rota *in Vrbeuetana beneficij, prima Iulij* 1626. *coram eodem*.

Quando autem prima vice quis fuit citatus personaliter, non potest appellare à die habitæ notitiæ, quia dicitur verus contumax, Rota *in Valentina beneficij* 14. *Maij* 1638. *coram bon. memor. Carillo*.

DE RE IVDICATA.

Transeamus ad executionem rei iudicatæ, in qua lata sententia seruantur quatuor termini, prout infrà.

A. C. Melchiorio.

Citetur D. N. *ex aduerso principalis ad docen. de appellatione, eiusque legitima prosecutione primo pro prima, ad p. d. Instan. D. &c.*

Ista citatio executa reproducitur, et obtinetur decretum citari secundo pro secunda, et fit alia citatio secundò pro secunda: deindè fit idem tertio pro tertia; et tandem fit quarta citatio, prout infrà.

Citetur D. N. *ex aduerso principalis ad docen. de appellatione, illiusque legitima prosecutione quarto pro quarta, & superabundanti dilatione,*

latione, nec non viden. taxari, & moderari expensas, illasque taxatas & moderatas soluen. & tàm pro illis, quàm pro contentis in sententiâ etiam vigore subscripta rei iudicata viden. relaxari mandatum in dicta sententia decretum, & quatenus opus sit de nouo decerni, & relaxari omni meliori modo ad p.d. Instante D. A. principali siue &c.

Relatione facta comparuit idem citrà &c. & data lista expensarum, prout in broliardo petijt, & obtinuit, vt supra, nisi ad primam diem cum intimatione omni &c.

Elapso tempore intimationis expeditur mandatum executiuum in forma solita apud Notarium, et eius vigore fit executio, vt supra dictum est de alijs mandatis executiuis, Sed aduerte, quod in hoc mandato debet apponi dies sententiæ, et citationis.

Tu cautus eris non pati, quòd aduersus tuam rem iudicatam producantur aliqua iura, et causa instruatur, quia hac ratione renunciares dictæ rei iudicatæ. Caputaq. *dicto 323. num.4. par.1.*

Vide Vestrium *lib.8. cap.vltimo de executione rei iudicata num.6.* vbi quod debitor condemnatus actione personali habet quatuor menses ad soluendum; et docet etiam modum, quo vtitur Romana Curia pro executione rei iudicatæ in actione reali.

Et scias, quod res iudicata comperhendit omnes exceptiones deductas ante sententiam. Rota *in Melenitana antianitatis 4. Iulij 1646. coram* R.P.D. *Verospio.*

Executio verò, subhastatio, & deliberatio, fit modo superius expresso in Iudicijs executiuis, quia hæc cum illis sunt communia.

DE DILIGENTIIS.

Dictum est de Iudicijs, in quibus quoniam citationes diuersimodè fieri contingunt, scilicet contra latitantes per diligentias, et contra absentes, et non comparentes per contradictas; licèt eadem omnes istæ citationes in substantia contineant, attamen quia modus est diuersus, de eo distinctè agemus, et primò loquemur de diligentijs.

Diligentiæ itaque fiunt contra reum conuentum, cùm in Iudicio aliquando idem comparuit, et postea cœpit latitare, et forma diligentiarum hæc est.

In primis fit citatio, quæ fit absque latitatione.

Cite-

Citetur D.N.exaduerso principalis ad dicendum contra articulos in actis facto datos, viden. illos ad probandum admitti, &c. Et respice formulam superius per me expressam, vel quam potes videre apud D. Gratiosum *in sua praxi citationum.*

Cursor sic, vel simili modo exequitur istam citationem.

Feci diligentias per Vrbem, & per loca publica, & consueta inueniendi dictum D.N. quem inuenire, & reperire non potui, die &c. mensis &c. 1651. *Carolus de Naue &c.* licèt cognomen, & annum pauci apponant.

Ista citatio reproducitur, & fit instantia, & decretum sequens.

Relatione facta comparuit idẽ citra &c. & petijt & instetit diligentias committi duobus Cursoribus in forma, omni &c.

Deindè fit alia citatio similis, & illius executio fit per duos Cursores: *Fecimus diligentias per Vrbem & loca solita, & consueta inueniendi dictum D.N. & non potuimus eum inuenire, & reperire, hac die &c. mense &c. anno &c. Carolus Naue, & Andreas Castruccius Sanctissimi D.N. Papa Cursores.*

Reproducitur citatio, & fit decretum.

Relatione facta comparuit idem citra &c. & stantibus diligentijs petijt, & obtinuit decerni per affixionem ad valuas Curia, et in Acie Campi Flore in forma, omni etc.

Fit deindè tertia, & vltima citatio similis, & diligentes Procuratores post illa verba, *Citetur D N. exaduerso principalis,* addunt, per *affixionem ad valuas Curia, et Aciei Campi Flora,* & posteà sequuntur, *ad dicen. contra articulos etc.*

Relatione facta comparuit idem citra etc. et repetijt articulos in brogliardo productos, et obtinuit admitti si, et in quantum, et alias, vt supra, et mandari examinari sine praeiudicio impertinentium, et non admittendorum, nisi ad primam diem cum intimatione.

Materiam istarum diligentiarum habes apud D. Gratiosum Vbertum *in tract. de citat. cap.*7. *tom.*1. & magis ad propositum *cap.*12. *tom.*3. ad quem te remitto.



DE

DE CONTRADICTIS

FOrmula Contradictarum est huiusmodi.

Mandat Illustrissimus et Reuerendissimus D. A.C. siuè R.P.D. *Baranzonus eius in Ciuilibus Locumtenens per audientiam litterarum contradictarum Sanctissimi D. N. Papa, prout moris est. Citetur* D. N. *exaduerso principalis, quatenus prima die iuridica compareat coram* D. A C. *siuè dicto D. Locumtenente ad dicen. contra iura producta, et repetita, admitti iurare Testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, et mandari restitui dimissa copia collationata, vel dicen: contra in causa, et causis etc. Instante Galeatio Gobbetto principali siuè etc.* In *quorum etc.* Datum *Romæ anno* Domini *1651.*

Istæ contradictæ leguntur die iuridica in audientia contradictarum, & Notarius contradictarum subscribit illas in hanc formam: *Iacobus Simoncellus.*

Deinde reproducuntur in actis Notarij causæ, & in pede fit instantia, & decretum infrascriptum.

R*elatione facta comparuit idem citra etc. et repetijt iura hodie in brolliardo producta, et repetita, et petijt, et instetit, et obtinuit admitti si, et in quantum, et aliàs, vt supra, omni etc.*

Cum istis contradictis finitur processus, prout de alijs citationibus dictum est, in quocumque Iudicio, & de quacumque re agatur, & sententia sic per contradictas lata valet. Rota *in Nucerina affictus* 4.*Maij* 1648. *coram* R.*P.D.Verospio*.

Fiuntque, & leguntur omni, & toto anni tempore, excepto eo, quando Rota conquiescit à principio Iulij vsque ad principium Octobris: quo tempore loco contradictarum fiunt edicta, de quibus inferius loquemur.

Dantur autem huiusmodi citationes, quando procurator post cœptum iudicium defunctus est in Curia absque eo, quod pars contraria teneatur iterum in partibus citare suum aduersarium, Rota *in Leodien. pecuniaria* 28. *Iunij* 1647. *coram* R.P.D. *Bichio*.

Dantur etiam contra absentem obligatum in Curia in forma Cameræ Apostolicæ, Rota *in Ariminen. manutentionis* 5.*Iunii* 1648 *coram* R.P.D. *Ghislerio*.

Quid autem sit faciendum, si fuit facta mutatio personarum? Tu dic, quòd est necessaria citatio contra hæredem, quia contradictæ dantur ratione moræ contra eum, qui fecit suam obligatio-

 nem,

nem, quod non potest dici in hærede, qui præsumitur ignorare, Rota *in dicta causa Ariminen. manutentionis* 1. *Iulij* 1647. *coram* R.P.D. *Ghisilerio*.

Nec omitto, quòd dantur etiam contra illum, qui fuit semel citatus personaliter, & posteà non comparuit, & fuit contumax, vel saltim in tutum accessum non pateat per edictum: si enim deficeret talis citatio, contradictæ non essent validæ, nec citatum afficerent, & sententia sic lata esset ipso iure nulla, Rota, *in Tiburtina Castri Sancti Angili* 18. *Iunij* 1646. *coram* R.P.D. *Meltio*.

Et vlterius quod dantur contra illum, qui aliquando comparuit, & posteà absfuit: sed hoc casu necesse est ante omnia probare absentiam illius, non quidem per fides simplices, sed per Testes, qui deponant de certitudine talis absentiæ.

Poterit tamen reus in quacumque parte iudicij comparere, & (refectis tamen expensis) impedire talem processum per contradictas, Rota *in Romana Census* 21. *Maij* 1627. *coram clar. memor. Cardinale Vbaldo*.

Plura accuratius poteris videre de contradictis apud dictum D. Gratiosum *in suo tractatu de citationibus cap.* 12. *num.* 209. 210. 211. 212. & 213. *tom.* 3. *pag.* 101. ad quem pariter te remitto.

DE EDICTIS.



Edicta dantur, vt supra tempore vacantiarum æstiuo tempore, à mense Iulij vsque ad mensem Octobris, vt legitur apud d. D. Gratiosum dicto *cap.* 12. *num.* 214. vbi licèt recenseatur forma talis edicti, placet tamen etiam hic inserere, ne si dicto tractatu careas, habeas occasionem aliquam conquerendi. Tenor ergo edicti est, vt infrà videlicet.

Prosper Caffarellus Protonotarius Apostolicus Sanctissimi D.N. Papæ etc. in vtraque Signatura Referendarius etc.

Nos pręsenti publico edicto citamus, et citari mandamus N. ex aduerso principalem per affixionē ad valuas Curiæ nostræ, et Aciei Campi Floræ, vt moris est, quatenus prima die iuridica legitimè compareat ad dicendum contra Iura producta, et repetita, viden. iurare Testes super illorum recognitione, quatenus opus fit admitti,

ti, et mandari restitui dimissa copia collationata, vel dicen in Causa, & Causis &c. Instante D.N. &c.

Istud Edictum publicatur, & affigitur à Cursore in hunc modum. *Affixi, vt supra die* 14. *Maij Carolus. Cursor.*

Vlterius subscribitur a Notario Causæ, & Sigillo A.C.

Postea Notarius in calce illius adnotat diem, quo edictum est publicatum, & instantiam partis, & decretum in forma cuicumque versato in Curia nota, vt puta:

Relatione facta comparuit idem citra &c. & repetijt iura in broliardo producta, & repetita, & petijt, & obtinuit illa admitti, si & in quantum, & aliàs, vt supra, omni &c.

Sunt & alia Edicta, quæ dantur, quando non adest tutus accessus contra eum, qui se in loco munito posuit, ad quem Cursores & Nuncij, ac Officiales penetrare non possunt absque discrimine: & tunc si res tibi in casum euenerit, videbis dictum D. Gratiosum *in tractatu de citationibus cap.* 12. *de Citatione per Edictum extra Curiam, & eius executione*; qui docebit te quod desiderabis.

Verum ego obseruaui, quòd quando coram A.C. fuit processum per edictum ex causa non tuti accessus, iste accessus non tutus fuit necesse probari ante omnia, ne processus redderetur nullus. & ista est opinio Rotæ, vt in puncto est decisio *Romana Domus de Ragardis* 15. *Ianuarij* 1649. *coram Reuerendiss. D. Dunozetto*.

DE IVDICE.



OBseruauimus plura circa Iudicia, & vidimus etiam circa illa primò petitionem, secundò probationem, tertiò conclusionem, siuè pronunciationem. Sequendo modò ordinem ternarium dicemus, aliqua de Iudice, de actore, & de reo. Et primo

De Iudice ante omnia erit considerandum, vtrum ipse habeat iurisdictionem, cum quibus, & de quo agatur, & an iurisdictio sit vniuersalis, & particularis.

Iurisdictionem, quia si debes experiri Causam alicuius Beneficij vel aliquam Causam contra Clericum, non poteris adire Laicum; & etiam quando si possidet Clericus cum fratribus Laicis, tunc

declinatur Iudex sæcularis; & si fortasse adessent acta coram sæculari, & committatur Causa in Rota, tunc non erunt transportanda acta facta coram Laico, est casus in *Melphiten. bonorum* 8. *Iunij 1636. coram* R.P. D. *Corrado*.

Et si Clericus succedet Laico, non aditur sæcularis, qui erat Iudex illius, sed debet adiri ecclesiasticus, Rota *in Bituntina Census* 5. *Iulij 1649. coram bon.mem. Arguelles*.

Si verò Clericus conuenire vellet Laicum coram Iudice Ecclesiastico, non posset, quia actor sequitur forum rei, est textus per me, & alios pluries, & pluries coram Illustrissimo D. Auditore Eminentissimi Signaturæ Iustitiæ Præfecti practicatus *in cap. si Clericus Laicum, de foro competenti*.

Idem dices de quauis re Ecclesiastica, quia in illa nefas est, quòd Laicus apponat manus.

In Romana Curia verò adsunt plures Iudices Laici, qui cognoscunt etiam contra Clericos, & de re ecclesiastica, vt putà DD. Magistri Viarum cognoscunt circa fabricas, & vias inter quascumque personas quacumque dignitate fulgentes, vt videre poteris in facultatibus ipsis signanter attributis a notissima Bulla Gregorij XIII. *Constit.22. fol 292. in bullar. nouo tom.2.*

Illustrissimus D. Gubernator in causis mercedum trahit quascumque personas Ecclesiasticas ex speciali priuilegio sibi concesso à Pio V. *Constit.34. pag.38. in bullar. nouo tom.2.*

Sunt etiam plures Consulatus, qui habent eorum statuta confirmata in forma specifica in eorum exercitio, trahendi etiam Clericos, vtputà Ferrarij, Fabrilignarij, & huiusmodi, vt de dictis priuilegijs mihi oculariter constitit.

Idem dices de Curia Ripæ, & Ripettæ, quæ circa merces subiectas habet eamdem iurisdictionem.

Eminentissimus Vicarius Vrbis habet authoritatem cognoscendi causas viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum actiuè, & passiuè, etiam quod agatur vigore obligationis cameralis, Apostatarum, Monasteriorum, Iudæorum, Clericorum Vrbis, Religiosorum vtriusque sexus, Confraternitatum laicorum, Hospitalium, contra eos, qui festiuis diebus vetita exercent, contra blasphematores, & periuros, & matrimoniorum actiuè, & passiuè, & priuatiuè quoad alios: cognoscit Causas alienationum bonorum Ecclesiasticorum, habet iurisdictionem inter Hebræos priuatiuam, inter Christianos verò & Hebræos, si præuenit, ex *Constitutione* Pij IV. *Constit.3. par.3. in bull. nouo tom.2.* Pij V. *Con-*

Constit. 18. *tomo* 2, Pauli Tertij *Constit.* 36. *pag.* 552. & Pauli Quinti *Constit.* 71. *pag.* 197. *tom.* 3.

Eandem iurisdictionem exercebant antea Eminentissimi Archipresbyteri contra quoscumque actiue, & passiue, sed superuenit constitutio Vrbani Octaui, qui dictam facultatem restrinxit, prout videre poteris in appendice ad Bullarium *constit.* 48. *alias* 158. *in Bullario nouo tom.* 3.

De iurisdictione Illustrissimorum Præsidum Grasciæ, & Annonæ Vrbis non loquor, quia est satis de per se nota.

Iurisdictio Fori Capitolini est amplissima, nisi agatur vigore obligationis Cameralis, quando agitur inter Romanos, & incolas: quia isti, si non adsit priuilegium Cameralis obligationis, possunt declinare quemcunque forum, & reassumere causas à quibuscumque Iudicibus, vt de amplissima ista iurisdictione apparet ex constitutione Iulij Secundi edita anno 1512. 5. Kalend. Aprilis, & Breui emanato 15 eiusdem Mensis, & anni: ex constitutione Leonis Decimi publicata 14. Kalen. Aprilis eiusdem anni: ex alia Pauli Tertij edita 10. Kal. Octobris anno eius tertio: ex alia Pauli Quarti edita 10. Kal. Septembris 1565. quas habes impressas post Galganettum *ed Statutum Vrbis*, & habebis in Bullario nouo, si illud requires, & plura alia videbis in refomatione sanctæ memoriæ Pauli Quinti *tit. de Capitolio, et eius Officialibus*, impressa in Bullario nouo, quam videbis.

Redeamus ad A.C. Si velles coram eo agere de causa beneficiali, malè faceres, quia A.C. in causa beneficiali non habet iurisdictionem. Ludouis. *dec.* 118. *num.* 4. vbi Adden. *n.* 7. vbi Adden. *n.* 7. vbi quod nec in in possessorio illam habet.

Quod est adeo verum, vt si controueniatur inhibitioni A. C. in causa beneficiali, non possit dari de attentatis. Rota *decisione* 42. *de appellat. in nouis*, Achill. *decisione* 24. *de appell.* Lancellottus *de attent. lit. in præfat, numero* 103. & 324. *fol. mihi* 57. Penia *decisione* 685. *numero* 7.

Est tamen executor quarumcunque litterarum Apostolicarum, etiam vbi datus ipse non sit Iudex: sed hoc dic cumulatiue, vt in eius facultatibus impressis penes Salustium Tiberium *in fine*, & pro hac opinione habes Peniam *decisione* 241. *numero* 1. & *decisione* 479. *numero* 1. & 3.

Si vero ages vigore obligationis Cameralis, ipse habebit iurisdictionem priuatiuam quoad omnes Iudices, dummodo non agatur de preuentione Capitolij vt habetur in reformatione Sanctissimi, titu-

titulo de A. C. & habes pro tali priuilegio. Rot. *decisionem 3. numero 15. & decisione 134. num. 2.* apud Peniam.

Limitatur tamen, quando Cameralis obligatio dependet à causa, quæ pendet à causis coram alijs Iudicibus pro tempore introductis. Penia *decisionem 134. n. 4.*

Aliæ facultates amplissimæ leguntur in Constitutione illas comprehendente, impressa penes Salustium Tiberium, ad quem te remitto.

Inter Mercatores, & inter Notarios sui fori, agitur etiam coram A. C. in Iudicio summariè, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta, ac manu regia, & absque aliqua terminorum seruatione, sic iubente Constitutione Gregorij. XIV.

Multi dubitarunt, an in casu prędicto inter Mercatores debeat præcedere monitorium, & vtuntur illo. Ego verò secutus meos Doctores Perillustr. & Admodum Excellentem D. Ioannem Baptistã Ciofanum adhuc in Romana curia patrocinantem, & Illustrissimũ, & Reuerendissimum D. Honoratum de Honoratis primum Episcopum Ciuitatis Vrbanię, sub quorum doctrina, tutela, & iussu septennio fui sollicitator, sępius practicaui non vti monitorio formali, sed quali quali petitione, nec sine motiuo rationis, quia clausulæ pręcitatę important viam executiuam, vnde tali beneficio non videtur renunciandum. Quod verò importent viam executiuam, est optima, doctissima & famosa decisio *in Romana affictus ferreriæ 25. Iunij coram Reuerendissimo Patri Domino Meltio*, pro sua conclusione afferens Rotam post Zacchiam *de obligatione Cam. 170. numero 3. in vltima impressione*, & *in recent. decisione 446. numero 1. parte 2.* & *Romana pecuniaria 29. Maij 1641. §. nec obstat coram R. P. D. Royas.*

Si autem velles incipere aliquod interdictum, vel Iudicium summarium, vel ordinarium, vel etiam executiuum, & non haberes obligationem Cameralem, nec quarantigiam, vtique tibi denegaretur electio fori nisi esses ex priuilegiatis priuilegio l. vnicę *C. quãdo Imperator inter pupillum, & viduam*, quia in omnibus alijs casibus in prima instantia omne Iudicium est cognoscendum in partibus coram suo ordinario, iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini *notissimo capite 20. causæ omnes, de reform. sessione vigesimaquarta.*

Bene verum est, quod si Iudex de partibus est negligens in expedien-

pediendo per biennium, causa reuoluit ad A.C. vigore dicti capituli, *Causa omnes*.

Sed aduertendum est, quod negligentia debet prouenire à Iudice, vt resoluit Rota *decisione 273. numero 1. parte 2. recent. & in Aquilana bonorum 17. Iunij 1624. coram bona memoria Remboldo*.

Et secundum dictam decisionem scias, quod dispositio dicti capituli, habet locum solum in Iudicibus ordinarijs, non autem in specialiter delegatis: In materijs contentiosis, non autem in gratiosis, & extra Romanam, non autem in ipsa Romana curia, in qua Instantia est perpetua.

Si verò cuperes in prima instantia ingredi iudicium simile prædictis coram A. C. inter forenses, hoc pariter tibi denegaretur, quia A. C. non est Iudex competens in prima instantia. Rota *in Spoletana prædij 9. Decembris 1619. coram clara memoria Cardinali Pamphilio*.

Et ideo debet tales causas ad partes remittere, nisi tamen contractus esset factus in Vrbe, vel in eadem fuisset destinata solutio. Rota *in Nucerina affictus 4. Maij 1648. coram R. P. D. Verospio*.

Quid vero si causa fuisset incepta coram A. C. vel in aliquo Tribunali, & per discordiam partium, vel alio modo postea committeretur in Rota cum facultatibus A. C. Tunc si instituitur nouum iudicium, & petitur procedi, prout in prima, non est necessaria transportatio actorum. Si verò veniret casus, quo qui habuit contra se decretum, appellasset, & transierit causa in Rota, appellatus verò ex hoc videns causam protelari, faciat committere causam cum dictis facultatibus, tunc onus transportandi acta spectat ad appellantem, sed distingue, aut causa est deuoluta, per viam appellationis: & tunc coram Iudice appellationis non potest procedi; prout in prima, nisi transportatis actis: Aut iudicium intentatur de nono, non introducto iudicio in gradu appellationis, & tunc nõ est necessaria dicta transportatio. Casus est *in Romana societatis affictus 27. Martij 1647. coram R. P. D. Arguelles*.

Vbi habes etiam, quod clausula, *cum facultatibus A. C.* non facit, quod Rota non cognoscat, tanquam Iudex appellationis, & quod acta non debeant transportari.

Verum, quod transportatio actorum sit vel ne, necessaria in præfatis ex decreto Congregationis Cardinalium videbis eamdem decisionem. *§. nec difficultatem, coram R. P. D. Arguelles*.

Veritas autem est, quod ex dicta decisione videtur clare colligi; quod actorum transportatio sit omnino necessaria. Qualia autem de-

debeant transportari, licet ibi dicatur, quod sufficiunt illa, quæ reuelantur, tamen colligitur, quod sint omnia necessaria, ad hoc vt possit cognosci, an sit idem iudicium, vel diuersum.

Scies præterea, quod A.C. est Iudex executor quarumcumque sententiarum in curia, & extra latarum, adeout transportatis ijs, quæ sunt necessaria ad iustitiam, mandatorum, & decretorum de partibus, vel extra eius Tribunal latorum, ipse solet dare executionem ad formam eius facultatum superius enunciatae.

Adeo vt si obtineres mandatum in Curia Capitolina, vbi prohiberentur censuræ in executionem obligationis Cameralis, si produces mandatum coram A. C. & illud notificabis, tunc coram A.C. poteris in subsidium procedere etiam ad censuras: seruatis tamen terminis, de quibus infra dicam, quando verba habebo de declaratoria, & censuris: idemque poteris seruare si voles exequi decretum de partibus vigore obligationis Cameralis.

Est etiam Iudex quarumcumque appellationum, dummodò non agatur de causa beneficiali, vt ex eisdem facultatibus.

Quando verò agendum tibi erit coram Vicario pro executione obligationis Cameralis inter personas dicto foro subiectus, seruabis omnes terminos seruari solitos coram A. C. excepto quod ibi non fit decretum extensionis obligationis Cameralis, nec minus decernitur mandatum, nisi infra tres, sed vnico termino dicitur decerni, & relaxari.

Si verò daretur casus quo aliquis haberetur pro Iudice ordinario, & non esset verè talis, & exerceret iurisdictionem, nùm eius sententiæ sustinerentur, vel potius dicerentur nullæ ex defectu iurisdictionis?

Tu dic quod sic, quia error est publicus, & communis, ex *l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Prætoris*.

Iudex delegatus autem, statim lata sententia, cessat habere iurisdictionem. Rota in *Aquilana bonorum* 17. *Iun.* 1624. *coram bon. mem. Remboldo*.

Sunt etiam in Vrbe alij Iudices, vt puta Curiæ de Sabellis, & Turris Nonæ, qui habent limitatam iurisdictionem, vt legitur in reformatione sanctę memoriæ Pauli Quinti.

Nec possum omittere Iudicem Bancheriorum Hebræorum, cuius facultates sunt circa negocia pignorationum apud Hebræos: huius priuilegia sunt multa, sed cumulantur cum aliis Eminentissimi Camerarii. Bene verum est, quod habent notarium separatum, qui residet in platea, vt dicitur Hebręa.

Debes

Debet etiam ſcire, quod cauſa ſemel facta curialis ſemper remanet curialis: & ſi quid poſtea innouatur in partibus, reuocatur tanquam attentatum. Rota *in Ianuen. attentatorum 2. Decembris 1650. coram R. P. D. Cerro.*

DE ACTORE.



CTOR ante omnia docere debet, quinam ſit, & quo nomine agat, ſiue tanquam principalis à nullo dependens, ſiue tanquam ceſſionarius dependens ab alio, vel vti legatarius, vel tanquam hæres, aut quouis alio titulo agat: eſt enim vtiliſſimum hoc docere in principio cuiuſcunque iudicij, quia eſt res, quę pertinet principaliter ad ſubſtantiam iudicij. Et ratio eſt clara, quia in vnoquoque iudicio de perſona, & de re agitur. Deinde fundabit intentionem ſuam ſecundum ea, quæ dicta ſunt, & fuerunt ſuperius conſiderata. Et tu qui acturus es negocium pro tuo cliente, debebis videre ante omnia ſcripturas: & documenta, quæ producturus es; & ſi tibi labor eſt amicus, prout eſſe tibi debet, omnia benè conſiderabis, & ſummariolum tibi de omnibus facies, quia eſt certum, quod actor debet in primis fundare ſuam intentionem; vt ad propoſitum facit *Toletana decimarum de Capilla 14. Decembris 1648. coram R. P. D. Veroſpio.*

Scias etiam, quod actor debet ſequi forum rei, qui forus erit vbi habet domicilium, vel vbi ſita eſt res, de qua tractatur, aut vbi contractus fuit celebratus. Veſtr. *in ſua praxi lib. tertio capite 6. in principio.*

Fallit, ſi haberet plura domicilia: quia tunc actor poteſt eligere. Maranta *in repetit. l. ſi actor, numero 33. de procurat.* vbi ſublimitatur, ſi iſte Iudex non eſſet ſuſpectus de iure ſpeciali.

Et caue, quod ſi actor conueniret reum extra ſuum forum, de iure, aliquando fuit dictum amittere actionem, prout *in l. criminali C. de iur. omn. Iud.*

Limita etiam, vt ſuperius tetigi, quod Pupillus, Vidua, & miſerabiles perſonæ, & illi omnes, qui perhorreſcunt non poſſe iuſtitiæ aſſequi complementum, habent electionem fori *l. vnica C. quando Imperator inter pupill. & vid.*

K Debet

Debet etiam actor cum citatione ad dicendum contra, & iuribus productis instruere reum ad hoc, vt possit deliberare, an velit liti cedere. *l.1.ff. de eden.*

Et antequam illum in iudicium vocet, debet ex vrbanitate monere extraiudicialiter. *l. quidam ff. de seruit. vrban. præd.* Si verò concludenter non probat, reus absoluitur. Rota *decis.3. de appellat. in nou.*

Quando iudicium mouet contra Monasterium, debet capitulariter citare Monacos. Rota *in Nucerina affictus* 4. Maij 1648. *coram* R.P.*D. Verospio*.

Quando agitur in causa cum clausula sine strepitu & figura Iudicij, potest incipere iudicium ab articulis. Bertach. *ver. clausula vers. sine figura*.

Actor, vt possit audiri debet ante omnia adimplere pro parte sua, faciendo quod debet. *l. ædiles etiam* §. *ordinem. ff. de ædilit. edict.*

In actione reali actor debet probare ex parte sua dominium, vel quasi; ex parte verò rei debet probare possessionem, vel detentionem. Rota *in Romana Domus* 20. *Nouembris* 1624. *coram bon. mem. Remboldo*.

Dixi supra de foro rei; & est sciendum quod seruientes in Curia non dicuntur contrahere domicilium. Rota *in Firmana codicillorum* 1.*Iulii* 1644. *coram* R.P.D. *Ghisilerio*.

Actor agens ad hæreditatem Clerici vigore statuti Laicorum repellitur, quia statutum Laicorum non habet auctoritatem super hæreditate Clerici, Rauennaten. *hæreditatis* 5.*Iulii* 1648. *coram* R.P.D. *Otthobono*.

Qui agit pro Laudemio, quid possit exigere & in quo casu, & quomodo, remitto te ad Rotam *in decis. Ceruien. bonorum* 18.*Iunii* 1649. *coram* R.P.D.*Otthobono*.

Petens alimenta duo tenetur probare, paupertatem scilicet, & bonum ius.

Et paupertas probari debet per testes, qui dicant talem pauperem, & non habere bona, cum adiectiua, quod si haberet, minus esse non posset, quin ipsi scirent Rota *in Romana de Catalanis* 1.*Iulij* 1648. *coram* R.P.D. *Otthobono*: & modum probandi paupertatem habese tiam iuxta opinionē Rotę *in Toletana matrimonij* 1.*Februarij* 1649.

Et quoniam sumus in alimentis scias, quod non admittunt compensationem, nec retentionem pro alio credito, si sunt futura, & dicun-

dicuntur futura illa, quæ debentur post motam litem, Rota *in Ianuen. separationis Thori 29. Aprilis 1624. coram* R. *P. D. Remboldo*.

Et quę fuerunt præstita non repetuntur ab eo, cui fuerunt data, etiam quod succumbat in negotio principali, dixit Rota *in eadem decisione coram* R P.D. *Remboldo*.

Et quando contingit probatam esse filiationem, si sit in præiudicium tertii, indiget efficaci probatione, nec sufficit similitudo, & effigies, nec quod fuerit agnitus pro suo. Rota *in Farfen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram* R.*P.D. Corrado*.

Tu autem si vis probare filiationem legitimam, & naturalem, recurre ad Rotam *in Fanen seù Senogallien bonorum 26. Iunij 1648. coram R.P.D. Meltio*. vbi adducitur inter cætera nominatio patris, & fides baptismatis, quæ iunctis adminiculis probat filiationem; & idem dicitur *in Ianuen. professionis 28. Iunij 1645. coram eodem*.

In casu, quo alimenta petantur officio Iudicis, si petens habet aliundè viuere, non obtineqit. Rota *in Posnanien. Abbatiæ 5. Iulii 1649. coram R.P.D. Celso*.

Actor quoque habens instrumentum, in quo fuit promissum aliquid, quod dependeat a mera voluntate obligati, potest contra illum petere mandatum ad factum. Idem dices, quando quis est obligatus ad factum ex legis dispositione, quia siuè promiserit, siuè non, tunc etiam potest contra ipsum concedi mandatum ad factum. Datur exemplum in Socio, qui administrauit effectus Societatis; vbi etiam, quod Socius, durante Societate potest conueniri, vt reddat rationem, est pulchra decisio *in Romana Societatis affictus 3. Iunii 1647. coram bon. mem. Arguelles*.

Vigore obligationis Cameralis obtento mandato, eius vigore fit quandoque executio pro indiuiso; puta si res possideatur à debitore, & ab alio pro indiuiso executatur pars debitoris, Rota *in Romana censuum 26. Martii 1629. coram bon. mem. Cardinali Virili*.

Aduerte etiam, quòd facta executione ad instantiam creditoris, nunquàm fit illi pignoris adiudicatio nisi prępuia ęstimatione. Rota *in Romana census 21. Maii 1627. coram bon. mem. Cardinali Vbaldo*.

Et licet subhastatio non possit fieri, nisi præsente pecunia, sustinetur tamen per accollationem debitorum. Rota *in Romana domus 9. Decembris 1624. coram R.P.D.* Remboldo.

Mandatum verò non executum, si sit excessiuum, reducitur ad

summam debitam & pro illa sustinetur. Rota *in Romana cambii* 23. *Ianuarii* 1651. *coram* R.P.D. *meo Royas*.

Et si contingit reuocari executionem, non ideò dicitur vulnerata obligatio cameralis. *Aesina Pecuniaria* 26.*Iunii* 1647. *coram* R.P.D. *Peutingerio*.

Si verò agit vigore instrumenti, in quo adsit clausula constituti, & facultas capiendi possessionem propria auctoritate, fit differentia magna inter petitionem associationis vigore clausulæ constituti, & vigore dictę facultatis capiendi possessionem propria auctoritate. Quia dubitatur magis de viribus clausulę constituti; An expirauerit per mortem constituentis, & an obstet negilgentia apprehendendi naturalem possessionem: quale dubium tollitur, si petitur vigore dictę facultatis. Videbis istam distinctionem *in Romana census* 22.*Maii* 1648. *coram* R.P.D.*Ghisilerio*.

Operatur etiam clausula constituti respectu vniuersi, non obstante incertitudine loci, et quotę. Rota *in Vrbeuetana Pradii* 27.*Iunii* 1642. *coram bon.mem Carillo*.

Et quando vis scire processum necessarium ad exigendam pensionem, videbis Rotam ***in causa Acerrarum pensionis*** **14.*Ianuarij coram*** **R.P.D. *Ghisilerio*.**

Si verò non potuisti illam exigere ab antiquo possessore, quòd poteris agere, & obtinere à moderno, & quomodo debeas agere, vide Rotam ***in Conchen. pensionis*** **21.*Maij* 1649. *coram*** **R.P.D.*Corrado*.**

Scias etiam ad propositum, quod fructus à die litis, vsque ad obitum prouisi, debentur hæredibus prouisi, etiamsi reus obtinuerit subrogationem gratiosam, quia ista non tollit ius. **Rota *in Barchinonen. fructuum Vicaria* 14.*Februarij* 1648. *coram dicto R.P.D. Corrado*.**

An habens locationem, si agit contra subconductorem, censeatur liberasse conductorem? Dices, quòd non; quia locator exigens à subconductore non liberat conductorem.

Qui si non restituit rem sibi locatam? dicitur reconduxisse, & tenetur ad nouas pensiones. Rota *in Romana affictus ferreriæ*, 25.*Iunij* 1649. *coram R.P.D. Meltio*.

Quomodò autem sint faciendæ probationes, si agitur inter vocatos, & in concursu intèr ipsos, est casus *in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 18.*Maij* 1648. *coram* R.P.D. *Meltio*.

Et si oritur disputatio, Quis præsumatur fructus percepisse? Tu regulariter respondebis fuisse perceptos à possessore.

Limi-

Limitabis tamen responsionem in prædijs vrbanis, quæ nisi doceantur locata, & fructus fuisse perceptos à possessore, cessat talis præsumptio. Rota *in Verulen. beneficij 1. Iulij 1644. coram* R.P.D. *meo Meltio*.

Si autem agitur ad fructus, & illi debeantur vt genus, scias quod debentur etiam quod sit lapsum triennium, quo præsumuntur durare. An autem requiratur interpellatio, vide Rotam *in Gadicen. fructuum 4. Iulij 1646. coram dicto* R. P. D. *meo Meltio*.

Si mulier agat pro restitutione dotis, non impeditur ex eo quod amiserit bona Mariti. Rota *in Romana dotis 23. Maij 1646. coram* R.P.D. *Ottbobono*.

Et si vellet agere vigore statuti, quod daret contra tertium viam executiuam, non posset contra Clericum. Rota *in Valentina Rectoria 3. Decembris 1646. coram* R.P.D. *Bichio*.

Si etiam ageret pro restitutione dotis contra bona fideicommisso subiecta, ad quem spectat probare adesse, vel non, bona libera? est casus *in Romana census 22. Maij 1648. coram eodem*.

Et fructus dotales non petiti à Marito, si non debentur, iure actionis censentur remissi. Rota *in Romana fructuum dotis 16. Ianuarij 1626. coram dicto bon. mem.* Remboldo.

Quando verò mulier prætendit alimenta, debet probare paupertatem, & ostendere diligentias recuperandi dotem, Rota *in Asculana spolij 5. Martij 1638. coram bon. mem.* Merlino.

Quando verò sit necessaria mulieri interpellatio, vt possit petere fructus dotales, vide Rotam *in Tusculana Saluiani 25. Maij 1648. coram* R.P.D. *Verospio*.

Et si dos consistit in stabilibus, restituitur statim: si in mobile, & pecunia, post annum de iure. Rota *in Interamnen. dotis 20. Maij 1622. coram bon: mem. Nauarro*.

Quando mulier pro se allegaret confessionem Mariti factam in testamento reuocato, non obtineret. Rota *in Romana hereditatis 1. Iulij 1647. coram* R.P.D. *Arguelles*.

Quid autem diceres si mulier ageret contra Maritum, qui administrauit bona extradotalia? Dic, quòd Maritus tenetur reddere rationem, & fructus restituere, & probata administratione Mariti, fructus liquidantur coniecturis. Rota *in Bononien. Pecuniaria 10. Ianuarij 1650. coram* R. P. D. *Ottbobono*.

Quid diceres de muliere eiecta à viro? Dic quod potest prætendere fructus ad rationem statuti Vrbis, per aliud statutum decernens

nens alimenta. Rota *in Romana fructuum dotis* 13. *Nouemb.* 1624. *coram bon. mem.* Remboldo.

Si verò cessèt titulus dotis, non debentur amplius fructus, & soluti repetuntur, non obstante quacunque conuentione. Rota *in Romana crediti dotalis* 13. *Martij* 1645 *coram R. P. D. Verospio*.

Si agere vellent Creditores accollati recta via contra debitorem accollantem, vtique possent, licet adsit magna controuersia. Tu videbis istam pulchram materiam eleganter digestam apud Rotã *in Leodien. pecuniaria* 28. *Maij* 1647. *coram R. P. D. Bichio*.

Quando etiam Actor habet instrumentum cum pactis executiuis, licet careat obligatione camerali, vel quarantigia, tunc agit executiuè, & datur ei captura personæ debitoris, ac etiam post factam executionem super vna rę, potest ad alias transire, & sic facere, & variare, vsque quo sit integre satisfactus. Rota *in Bituntina census* 5. *Iulij* 1649. *coram* R. P. D. *Bichio*.

Caue tamen, quod executio debet iustificari ex eisdem actis: *Romana testamenti seu attentatorum* 19. *Iunij* 1647. *coram* R. *P.* D. *Bichio*.

Et quod executio vigore dicti pacti datur contra quemcumque fundi censuati possessorem, vt soluat de fructibus fundi. *Rota in Meleuitana census* 12. *Iunij* 1645. & *prima* Iulij 1648. *coram eodem*.

Scias etiam, quod potest agi pro fructibus non decursis, & in futurum decurrendis, ad effectum vt soluantur veniente die. Rota *in* Romana *Saluiani* 28. *Martij* 1648. *coram* R. P. D. *Ghislerio*. Et agitur etiam contra debitorem debitoris. Rota *in Romana domorum de Regardis* 28. *Ianuarij* 1650. *coram* Reuerendissimo D. *Dunozetto*. Et agitur executiuè, quia debitor tenetur tali debitori executiuè. Rota *in Romana pecuniaria* 15. *Iunij* 1626. *coram* R. P. D. *Remboldo*.

Veniente casu quòd plures subsint modi probandi, tunc numquam deuenitur ad electionem Peritorum sed sunt apprehendẽdæ aliç probationes. Rota *Ferrarien. pensionis* 12. *Martij* 1647. *coram R.* P. D. *Ghislerio.*

Et quando talis electio datur, debent ante omnia exhiberi libri in loco iudicij. Si vero libri debent asportari ex aliquo loco extra Curiam, tunc qui petit illorum exhibitionem debet se obligare de periculo, & expensis. Rota *in eadem Ferrarien. pensionis* 7. *Febr.* 1648. *coram eodem*.

Relationi vero tertij Periti regulariter standum est. Rota *in Eugubina prædij* 11. *Febr.* 1650. *coram* R. P. *D. Cerro*.

Et

Et si appellatur ab eius, vel aliorum relatione, debet fieri intra decem dies. *Rota in Foroliuien. bonorum* 10. *Iunij* 1622. *coram bonæ mem. Merlino*.

Quando autem est electus ad calculandum non potest assumere partes Iudicis. Rota *in* Romana *seu* Spoletana *redditionis rationis* 31 *Ianuar*. 1650. *coram* R. P. D. *Otthobono*.

Tu edoctus eris, quod aliquando Periti eliguntur pro faciliori instructione animi Iudicis; vt est exemplum *in* Romana *pecuniaria* 5. *Iun*. 1648. *coram* R. P. D. *Conrado*.

Actor quoque, qui exhibet testamentum factum coram Parocho cum præsentia duorum testium, obtinebit immissionem. Idem dices de testamento facto coram Confessario, qui non sit Parochus. *Rota in Firmana codicillorum* 25. *Maii* 1648. *coram* R. P. D. *Otthobono*, in confirmatione aliarum decisionum factarum *coram R.* P. D. *Ghisileria* 28. *Iun. &* 13. *Nouembris* 1645.

Et quando habet obligationem cameralem, & agit contra bona mariti alicuius fœminæ, & vellet exequi contra bona extra dotem à muliere possessa, sub prætextu quod spectent ad Virum ex præsumptione legis, *Quintus Mutius*, non poterit obtinere, quia ista præsumptio non operatur, nec pro nec contra tertium. Rota *in Romana Saluiani* 15. *Ianua*. 16.6. *coram R.* P. D. *Verospio*.

Veniente casu, quo quis esset creditor alicuius vniuersitatis, modus illam cogendi ad soluendum vt creditori possit satisfieri, datur à Rota *in* Romana *Notariatus* 21. *Iunii coram bona memoria* Pirouano. In *Anconitana florum penes Postium decis*. 276. & *in* Romana *collecta* 5. *Iulii* 1632. *coram Eminentiss. Card. Verospio*.

Quando autem actor ageret vigore Instrumenti cameralis, peterentur cambia decursa? Tu dic, quod nisi docetur de spaciis necessariis nuncupatorum dell' andata, e del ritorno, non obtinebit. Rota *in* Romana *pecuniaria* 28. *Iunii* 1649. *coram R.* P. D. *meo Meltio*.

Bene verum est, quod si debitor assumpsisset in se onus pecunias super cambiis exercere, & diligentias debitas procurare, tunc ipse tenetur ad fructus, si non vti cambia saltem loco damnorum, & interesse.

Limitaretur quando ipse doceret fecisse omnes diligentias, & non reperiisse, qui pecunias ad cambium reciperent; est casus *in Romana pecuniaria* 5. *Iunii* 1648. *coram* R. P. *D. Conrado*, *& dicta die* 28. *Iunii* 1649. *coram* R. P. D. *Meltio*.

Vigore apocæ obligationis seu instrumenti pro summa proueniente

niente ex victoria in ludo prohibito, non obtinebis mandatum; & reus absoluetur à petitis. Rota *in Romana pecuniaria* 22. *Maii* 1616. *coram bonæ mem.* Remboldo.

Vigore autem litterarum cambii à mercatore acceptatarum coram A. C. proceditur adeò executiuè, vt conculcentur termini *ad dicendum contra iura, ad reconoscendum manum, & ad soluendum*: & obtinetur decretum per totam audientiam.

Et merito, quia exposcunt celerrimam executionem: licet Rota dixerit, habere tantùm vim instrumenti publici, & executionem paratam. Roma *in Romana litterarum cambii* 19. *Iunii* 1647. *corā* R. P. D. *Ottbobono*.

Quid autem, si fuerint acceptatæ *sopra protesto*? Dic, habere eandem executionem, quia dicta protestatio non minuit obligationem, sed solum declarat animum acceptantis, intendentis quidem soluere, sed animo se reualendi contra scribentem, & repetendi ab illo; non autem acceptandi debitorem sibi assignatum pro regressu, iuxta receptam consuetudinem mercatorum, de qua *in dicta decisione Romana litterarum cambii coram* R. P. D. *meo Ottbobono*.

Quid si acceptans literas cambii opponeret compensationem? Tu obtinebis, non obstante dicta oppositione, quando obligatio, & acceptatio litterarum est posterior credito, cum quo prætendit compensare, vt dicitur *in dicta decisione coram* R. P. D. *meo Ottbobono*.

Veniente casu, quo litigares cum filio familias, cui dedisti centum ad societatem officii, vel in alio contractu, sine dubio ad instar omnium filiorum familias Romanę ciuitatis (loquor de odientibus iustum, & honestum) opponet statim Statutum Vrbis prohibens contractus cum similibus. Propterea nisi habebis instrumentum, in quo cum iuramento ipse enunciauerit se emancipatum, & haberi, & reputari publicè pro patre familias, & de per se negociare, & nisi adiungas aliundè probationes, & alia, ex quibus motus ostendas te habuisse iustam causam credendi dictæ assertioni, difficillimè obtinebis. Hæc dico, quia expertus sum hoc in Ramera Apostolica coram Illustrissimo & Reuerendissimo Domino meo Imperiali in causa Amici mei D. Petri Auersæ; & vidi quod malum est cum filiis familias negociari, reiici tandem in acerrimam pugnam, ponendo in practicam *Romanam societatis officii* 10. *Aprilis* 1641. *coram* R. P. D. *Peutingerio*.

Obseruabis etiam in praxi, in casu, quo aliquis minor vellet in Vrbe

Vrbe contrahere, & contraheret cum muliere, an indigeat solemnitatibus Statuti Vrbis, vel potius solemnitatibus statuti originarii, vel etiam sine talibus solemnitatibus contrahere possit cum muliere? Est elegans & pulchra decisio *in causa Romana seu Perusina census 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio*.

Vbi habes etiam, quis dicatur habere potiora priuilegia? An minor, qui tractat de damno euitando, si solueret; vel mulier, quæ tractat de lucro captando, si reciperet? Ad eam te remitto.

In Iudicio repetitionis indebiti est aduertendum, an qui soluit, soluit sponte, vel coacte? Et obseruare circumstantias solutionis, quia Rota facit differentiam ad istum effectum super huiusmodi solutionibus, & super modo soluendi. Si vis edoceri, vide decisionem factam *in Firmana pecuniaria 14. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio*.

Veniente casu restitutionis dotis per obitum mariti, quomodo debeas procedere respectu iocalium, quæ debeant restitui hæredibus mariti, an data contemplatione solius viri, vel alia? Est elegans decisio *in Pisaurien. iocalium 22. Iunij 1648. & 28. Iun. 1649. coram R. P. D. Arguelles*.

Si deberes consequi aliquam pecuniarum summam ab aliquo, & ille daret tibi ordinem directum alicui, vt tibi soluat? Tu poteris vti tali ordine ad probandum tuum creditum, nec ideo diceris liberasse tuum debitorem, sed acceptasse talem ordinem, seu litteras, seu debitorem, ad faciliorem exactionem. Rota *in Romana litterarum cambij 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Celso*.

Delegatio enim ex hoc non censetur inducta, cum ad illam inducendam requiratur, quod qui ordinat sit debitor eius, ad cuius fauorem ordinat; quod sit præsens & debitor, & promittens ille, cui ordinatur; & quod sit præsens, & acceptans creditor, ad cuius fauorem fit delegatio: ex hoc enim dicitur liberatus delegans; et, si delegatus fiat postea non soluendo, hoc currit ad damnum ipsius creditoris, ad cuius fauorem fuit facta delegatio, vt dicit Surdus, *decis. 23. a principio vsque ad numerum 26.* Est etiam de hoc decisio *Veneta litterarum cambij 23. Maij 1583. coram Gipsio*, impressa penes Marches. *de commiss. parte 1. fol. 873.* & *in Romana pecuniaria 4. Februarij 1611. coram Cardinale Caualerio*, & videbis Rotam *in Bononien. litterarum cambij 19. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Verospio*.

Et aduerte, quod simplex cessio non operatur solutionem, do-

nec cum effectu sequatur solutio; nec ex ea extinguitur obligatio cedentis, cum sonet potius in simplex mandatum de exigendo. Et in huiusmodi quando dicatur inducta nouatio, videbis Rotam *in Bononien. litterarum cambij* 8. *Aprilis* 1648 *coram dicto D. meo Verospio*.

Quid autem diceres, si aliquis cessisset tibi creditum & iura cum clausula, *talia qualia*? Tu sine dubio dices. quod si tale creditum non est exigibile; aut euincatur post facto, non potes redire contra cedentem: quia diceris esse in casui actus retis, & aleę. Rota *in Romana Cambiorum* 26. *Martij* 1640. *coram* R. P. D. *meo Cerro*. & *in* Romana *depositi* 24. *Aprilis* 1648. *coram* R. P. D. *meo Othobono*.

Sed aduerte, quod si iste, qui promisit soluere dicto creditori creditoris, adhuc habet pecunias in manibus & superueniat creditor anterior; tunc talis anterior, non obstante dicta delegatione potest euincere dictas pecunias non solutas. Hoc ego pluries practicaui coram Illustrissimo Baranzono ex dicta decisione Surdi quam videbis pro tui instructione.

Si aliquis mercator ordinauerit alteri mercatori vt transmittat sibi aliquas merces, & illæ fuerint transmissæ cum signo ordinantis; interim verò ordinans decedat, vel foro cedat, vel etiam transmittens pœniteat, & nolit amplius consignare; an dominium talium rerum fuerit quęsitum ordinanti, ita vt eius creditores possint aliquid super illis prætendere, vel potius præferatur transmittens? Est casus apud Peniam *decis.* 6. ad quam te remitto.

Quando actor vigore obligationis cameralis, vel quarantagiæ obtinuit mandatum, quod non sit vndequaque iustificatum, tunc si non est executum, potest ex nouiter coadiuuari. Rota *in Ceruien. bonorum* 29. *Martij coram* R. P. D. *Ghislerio*.

Non ita, si fuit data possessio à Iudice, quia ex nouiter non reuocatur; sed id debet peti ex eisdem actis. Bene verum est quod si deduceretur aliquid de nouo ad coadiuuandas antiquas probationes, tunc reuocaretur possessio. Rota *in Vrgellen. Canonicatus* 27. *Nouemb.* 1634. *coram bonæ memoriæ Pirouano*.

Et si aget vigore instrumenti societatis officij, in qua reus promisit dare nouum fideiussorem & interim illo non dato, mortuus est ille, sub cuius periculo societas posita erat non disdicta societate, vel non fuit ratificata: an sit iudicandum pro, vel contra lucrum? Est pulchra decisio *in Romana societatis officij* 14. *Ianuar.*

& 13. Martij 1648. prima coram R. P. D. meo Ottbobono; secunda coram R. P. D. meo Bichio.

Si agant plures pro consignatione pretij Bubalarum vel Bouum, inter quos sit Dominus herbarum, qui illos pro eorum alimonia credidit, & cum effectu credidit; Iudex tunc præferet Dominum herbarum omnibus etiam anterioribus. Rota *in Romana potioritatis 22. Maij 1619. coram bona mem. Remboldo.*

Si vero agetur contra filium familias, qui se obligauit vna cum patre & contemplatione patris: tunc talis filius liberabitur quoad personam, & bona acquisita postquam factus est sui iuris. Rota *in Anconitana pecuniaria prima Iulij 1627. coram dicto bona memor.* Remboddo.

Et si pulsatur aliquis pro restitutione dotis: tunc ille condemnabitur tantum pro rata dotis receptæ: nec tenebitur ad non receptam. *Rota in Bononiens. de Manzolis 12. Maij 1632. coram eodem.*

Infiniti alij adessent referendi casus; sed quia cognosco diligentiam, & prudentiam Lectoris, desisto; satis enim est plura singulariter per me notata in eius præsentiam adduxisse. Igitur agamus de Reo.

DE REO.



QVIS dicatur reus, dixit tibi ab incunabulis glossa *in §. primo verb. & stipulandi, instit. de duobus reis* & *l. cum is qui ff. de fideiussor.*

Ideo etiam hoc non accipiam; satis enim mihi erit aliqua de eo circa praxim asserere.

Si reus apprehenditur Romæ, dummodo non venerit ratione deuotionis, seu vt cito aliquo & vrgenti negotio se expediat, poterit Romæ conueniri in iudicio, etiam quod nulla adsit obligatio cameralis. Hoc dicitur apud Vestrium *in sua praxi libro quarto capite 1.*

Quando autem conuentus fuerit, potest absolui in duobus casibus; primo ex non iure actoris. *Cassad. decis. 2. de senten. et re iud.* Secundo quando actor non probat intentionem suam. *l. 1. C. de rei vend. c. inter dilectos de fid. instr.*

Insuper, quando fuit citatus in partibus in vim citationis decretorum, accedens ad Vrbem potest contra actorem ab Vrbe recedentem, nullo procuratore dimisso, tanquam cōtumacem absque alia citatione de partibus per audientiam contradictarum procedere, & huiusmodi processus est sibi conducendus vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue. Rota *decis.* 402. *in nouis*. & sic nos docet etiam Vestrius *in dict.a sua praxi libro quarto capite* 4. *numero* 1.

Si vero contra ipsum fuissent examinati testes sine interrogatorijs, auditur, si vult testes repetere super suis interrogatorijs; expensis tamen ipsius rei, vt poteris videre apud Vestrium *d. Ilo lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 9.

Et si personaliter citatus fuerit contumax; & superueniat post tempora ad appellandum, non auditur, si appellat via ordinaria, sed debet petere via ordinaria restitutionem, & reficere expensas, vt idem Vestrius *lib.* 4. *dicto cap.* 4. *n.* 9. apud quem videbis etiam declarationes, & limitationes.

Si autem moriatur in quacunque parte iudicij, & causa sit beneficialis, solet concedi processus per contradictas contra omnes interesse putantes non solum ad effectum adiudicandi beneficium, vel relaxandi fructus, vt accidit multis vicibus sequestratorum, Rota *decis.* 144. *in nou.* verum etiam ad effectum absolutoriæ, nec est necesse in huiusmodi citare Procuratorem defuncti, etiamsi esset effectus Dominus litis, Vestrius *ibidem dicto capite* 4. *numero* 12. & 37.

Hoc tamen non debet practicari in causa profana, quia tunc citatur procurator Dominus litis effectus, vt annuit dictus Vestrius *loco citato*.

Quando reus excipit, in sua exceptione dicitur actor; & debet illam concludenter probare, præcipue quando actor suam intentionem concludenter probauit. Rota *in Toletana decimarum de Capilla* 14. *Decembris* 1648. *coram R. P. D. Verospio*.

Semper tamen potius Iudex fauebit reo, quàm actori; quia actor habet potestatem agendi, quando vult; quod est secus in reo. *l. purè* §. *fin. ff. de except. dol.* & dixit Rota *in Aretina pensionis* 20. *Febr.* 1598. *coram bonæ mem. Litta*.

Quid autem sit faciendum, & quomodo procedendum, & an sit inhibendus Iudex criminalis, si reus conuentus pendente iudicio ciuili accuset actorem? est pulchra decisio *in causa Romana hæreditatis* 27. *April.* 1644. *coram* R. P. D. *Meltio*.

Et

Et si duo rei conueniuntur ad soluendum, & non erunt principales debitores, sed confideiussores, si alter illorum soluit, non est necesse quod pro sua rata reportet iurium cessionem quoad ratam tangentem confideiussorem, eumque eius vigore potest conuenire. Rota *apud Ludouis. decis.* 190. *n.* 1. *&* 3.

Quando verò reus excipit, & vult facere suas probationes, & indiget aliquando examine testium, tunc est aduertendum, quod si articuli sunt releuantes, admittitur examen. Secus verò reijcitur non obstante stilo solito allegari, quod in Curia nunquam denegetur. Hoc desumitur ex Romana *dotis*, *& Saluiani* 20. *Decembris* 1630. *coram* R. P. D. *Queippo*, & *in* Romana *resceisionis concordiæ* 14. *Martij* 1650. *coram* R. P. D. *meo Cerro*.

Et si aderunt plures articuli, ex quibus aliqui sint releuantes, tunc examen conceditur tantum quoad illos, resecatis calumniosis, & impertinentibus. Rota *in Valentina Parochialis* 23. *Ianuarij* 1647.

Quando autem dubitatur, & agitur de causa graui, & ardua, de stilo Rotæ non datur remissoria, sed testes debent accedere ad curiam, vt testatur eadem *Rota in causa Tullen. nullitatis matrimonij* 18. *Martij* 1647. *coram R. P. D. Ghisilerio*.

Quando autem in genere sit concedenda vel deneganda remissoria, poteris instrui à D. Gratioso Vberto *in eius tractatu de citationibus cap.* 13. *à num.* 361. vsque *ad numerum* 633. ad quem te remitto.

Et si indiget probatione immemorabilis, quomodo testes debeant deponere, videbit in causa *Nazarena seù Montis Viridis beneficij* 16. *Februarij* 1648. *coram* Reuerendiss. *D. Decano*; vbi etiã dignoscet, quinam dicantur articuli releuantes, quinam calumniosi, & qui inuerisimiles.

Si verò indiget compulsoria speciali, illam non obtinebit, nisi constito de existentia scripturæ compulsandæ. Rota *in Anconitana Manne* 31. *Iunij* 1647. *coram* R. P. *D. Corrado*.

Et quando aut remissoria, aut compulsoria conceditur, tunc dirigitur, vbi sunt testes, vel scripturæ, nec talis locus potest allegari suspectus sub asserto interesse alicuius de Magistratu, quando ibidem adest copia Iudicum, Procuratorum, & Aduocatorum. Rota *in Meleuitana nullitatis professionis prima Iunij* 1650. *coram* R. P. D. *meo* Royas.

Cauendum est etiam, quod si indiget remissoria, non debet expectare vltimas audientias, & illas in dictis vltimis audientijs pe-

tere,

gere, quia Rota, quæ odit calumnias, solet in tali casu illam denegare, vt *in Ariminen. pecuniaria 16. Iun. 1604. coram bonæ memoriæ Remboldo*.

Datur autem etiam post rem iudicatam : Rota *in Meleuitana domus 11. Mart. 1648. coram* R. P. D. *meo Ottbobono*, & *in Toletana decimarum 16. Mar. 1648. coram* R. P. D. *meo Cerro*.

Et si reus opponit de præscriptione debebit animaduertere, quod illa non currit contra ignorantem. Rota *in Beneuentana domus 13. Decemb. 1648. coram dicto* R. P. D. *Ottbobono*.

Tutor vero conuentus ad reddendam rationem legitimam pupillo, quid debeat facere, docetur à Rota *in Licien. administrationis 25. Febr. 1647. coram* R. P. *D. Ottbobono*.

Quando autem se excusat ratione publici muneris, tunc datur datiuus. *Romana tutelæ 5. Maij 1632. coram bonæ memoria Pirouano*.

Nisi autem dolo desierit implere mandata Testatoris non cadit à commodo hereditatis, nec incidit in pœnam iniunctam à Testatore caducitatis. Rota *in Romana hæreditatis 18. Martij 1650. coram* R. P. *D.* Royas.

Et si conueniatur heres de proprio condemnabitur sine dubio, nisi doceat de aditione hæreditatis cum beneficio legis & inuentarij, & doceat de inuentario confecto iefra nonaginta dies; casus est *in Nepesina pecuniaria 27. Aprilis 1646. coram* R. P. *D. Verospio*.

Nec executionem retardabit ex simplici oppositione fideicommissi, non probata identitate bonorum, nec alia friuola exceptione, quia executio cœpta debet terminari, vt finis tandem litibus imponatur Rota *in Anconitana dotis 30. Maij 1650. coram R.* P. D. *meo Verospio*.

Insuper, si non est beneficiatus, nec poterit facere detractiones, Rota *in Bonon. fideicommiss. de* Pancaldis *31. Iunij 1649 coram* R.P. D. *meo* Peutingerio, vbi etiam habebis, ad quem spectet probare alienationes sufficere, vel non sufficere pro detractionibus.

Et quando fraudulenter omittit aliquid describere in inuentario non perdit beneficium legis, sed tantùm condemnatur ad duplum. Rota *in Romana legatorum 28. Iunij 1641, coram bonæ memoria Pirouano*.

Reus etiam, si possidet, absoluitur ex non iure sui contrarii. Rota *in Abulen. portionis 14. Iunij 1647. coram* R. *P. Domino meo Cerro*.

Exceptio

Exceptio rei non libere iustificata parit rescissionem contractus, adeo vt reus non teneatur ad precium, sed actor teneatur recipere quod credidit, vel tradidit. Rota *in Eugubina pradii 14. Iunij 1649. coram* R.P. D. *Cerro*.

Si reus opponat de non integra transportatione actorum in executione rei iudicatę; tunc actor satis est quod doceat exhibuisse iura in quibus fundatur iustitia rei iudicatæ. Rota *in dicta Eugubina pradii 11. Februarii 1650. coram eodem*.

Et quando causa est deserta non potest reus si causa deuoluta fuit ad Curiam Romanam per appellationem petere quod executio remittatur ad partes, sed talis executio semper remanet coram Iudice ad quem. Rota *in Lucerien. attentatorum 26. Iunii 1648. coram* R. *P. D. Cerro*.

Vlterius veniente casu, quod reus pulsetur ad edendum scripturas, & iura, quando possit cogi, & quando liberetur cum cautione iuratoria non habere, nec dolo desijsse habere, est elegantissima decisio *in Romana fideicommisii de Strotijs 3. Iunij 1647. corã R. P. D. Cerro*.

Postquam reus appellauit ad A. C. & passus est biennium elabi; tunc A. C. absque alia commissione moderatur inhibitionem, stante desertione causæ. Rota *in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram dicto* R.P.D. *Cerro*.

Si vero opponat de quantitate legitimæ debita grauato, & quomodo detractio reguletur, videbis *in causa Romana rescissionis trãsactionis 29. Maii 1658. coram P. D. meo Corrado*.

fit si obligatus repræsentare, pulsaretur ad repræsentandum: dices, quod nisi repræsentabit tempore conuento, admittetur ad purgationem more, nisi executio fuert perfecta vel à lege per dominii translationem, vel ab homine per rei traditionem. *Romana fideiussionis de repræsentando 3. Iulij 1617. coram bonæ memor. Coccino*.

Opponens, cautionẽ de stando iuri restringi ad certum Iudicem, non potest cogi coram alio Iudice quam in cautione expresso. Rota *in Bononien. de Formagliarijs 19. Ianuarij 1618. coram dicto*, R.P.D. *Remboldo*.

Si autem conueniatur filius nomine patris, vt solueret de bonis per ipsum possesis: dic, quod nisi ille probaret bona aliunde habuisse, quam à patre, quod illa præsumuntur paterna, & à patre habuisse. Rota *in Perusina fideicommisii de Gratianis 5. Maij 1635. coram eodem*.

Com-

Compensatio quoque est permissa etiam in executione senten-tiæ, sed creditum compensan. debet esse liquidum, vel quod in continenti possit liquidari. Rota *in Romana compensationis* 25. *Maii* 1626. *coram eodem*.

Emptor etiam si venditor non dedit cautionem de euictione &c. habet electionem, vel precium deponere, vel illud inuestire, vel etiam pœnes se retinere: si verò retinet, tenebitur ad fructus recompensatiuos. Rota *in Romanà palatii* 14. *April.* 1625. *coram eod.*

Nec venditor potest cogere emptorem ad soluendum precium, nisi data dicta cautione de euictione. Rota *in Romana pecuniaria* 15. *Iulij* 1626. *coram eodem* R.P.D. *Remboldo*.

Quando verò datur de nullitate obligationis defectu solennita-tum: tu videbis, an talis obligatio sit ex causa necessaria, quia si causa est talis, obligatio sustinetur. *Rota in Spoletana dotis* 4. *Februarii* 1626. *coram eodem*.

Et si tibi obijceretur destructio fundi, & quòd ideò fructus census amplius non debeantur: Tu videbis, an supersit pars fundi, vel bonorum, quia illa præsumitur sufficiens pro illorum solutio-ne; & dicenti contrarium incumbit onus probandi: & sic census sustinetur super tali portione. *Rota in Romana census* 10. *Iunii* 1641. *coram* R.P.D. *meo Cerro*.

Si vlterius detur tibi oppositio rei non liberę, aduerte, quod ista exceptio debet opponi antę relaxationem mandati. Rota *in Romana Vinea* 28. *Iunii* 1625. *coram bon. mem. Pirouano*.

Et si opponatur quod liberasti debitorem, & in liberatione ad-sint dictiones personales, diceris non liberasse bona, sed perso-nam. Rota *in Reatina census* 17. *Februarii* 1642. *coram* R.P.D. *Cornelio*.

Si verò Pater obligauit filium ad aliquod exercitium, talis obli-gatio non poterit reijci. Rota *in Romana mercedis* 5. *Iunii* 1621. *coram bon. mem.* Remboldo.

Si agetur de probando valore domus; & actor vti velit Peritis, tanquam testibus; tunc reus poterit opponere, quod talis Peritus debet validè & iuxta stilum examinari tanquam testis.

Et vt dignoscas verum domorum valorem, non sufficiet sola æstimatio cementorum; sed etiam habetur in consideratione fru-ctus & pensio, quæ inde percipitur: est casus *in Romana domus* 24. *Nouembris* 1642. *coram Reuerendissimo D. Dunozetto*: poteris etiam videre Rotam *in Interamnen. læsionis bonorum* 21. *Februa-rii* 1609. *coram bon. mem.* Pirouano.

Si

Si reus conuentus fuisset passus confiscationem omnium bonorum, non teneretur ad debita antea contracta etiam quod deueniret ad meliorem fortunam. *Ferrarien. pecuniaria 27. Ianuarij 1627. coram dicto bon. mem. Pirouano*, & *in Florentina pecuniaria 18. Februarii 1636. coram bon. mem. Merlino*.

Exceptio incontinenti probata à reo, impedit immissionem, & interdictum adipiscendæ. *Bononien. fideicommissi de Marzolis 15. Martii 1630. coram bon. mem Coccino*.

Dicitur autem in continenti probata transactio, quia impedit litis ingressum. Rota *in Romana donationis 9. Decembris 1650. coram* R. P. D. *Royas*.

Et vt dicatur trāsactio, satis est quod sit super lite mota, vel quæ timetur moueri: Magnumque lucrum dicitur fieri eo ipso, quo quis recedit à lite. *dicta Romana donationis coram dicto* R. P. D. *Royas*.

Facta etiam ad vno ex hæredibus fideicommissarijs nocet etiam alijs successiuè vocatis, etiamsi non sint hæredes transigentis, *ibidem coram dicto* R. P. D. *Royas*.

Velim etiam scires, quòd qui promisit matrimonium consummare cum aliqua, & cum illa posteà etiam contraxerit per verba de præsenti, Vis, Volo, præsente Parocho; sed Parochus noluerit consentire, & aufugerit; attamen matrimonium est validum, & promissor tenetur obseruare; Rota *in Neapolitana matrimonij 1. Iulij 1650. coram R.P.D. Royas, & 13. Martij 1651. coram* R.P.D. *Corrado*.

Nec prætermitto quod reus debebit esse diligens in opponendo omnes exceptiones, quas habet: & erit memor ad hoc vt afficiat eius protestatio, quod illa debet repeti in quolibet actu. Rota *in Maceraten. prædij 19. Ianuarij 1624. coram* R.P.D. *Remboldo*.

DE EXCEPTIONIBVS.



DIXIMVS supra, quòd reus debet opponere suas exceptiones, ideò videtur necessarium discutere, quot exceptionum, genera præ manibus habeamus. Et de tribus ego expertus sum.

Aliæ enim nuncupantur dilatoriæ: vt puta locus inhonestus, lo-

tus non tutus, exceptio Iudicis suspecti, exceptio prioris causæ determinandæ, exceptio litis pendentiæ, exceptio ne continentiæ causæ diuidantur, exceptio satisdationis non datæ. Alia Actoris non comparentis, alia possessionis ob contumaciam, nec non exceptio feriarum declinatoria iurisdictionis: exceptio grauis infirmitatis, & similia; de quibus poteris habere notitiam apud Blanc. *de compromiss. quæst.4. rubr. de dilat. à fol.414. vsque ad fol.420.* & huiusmodi exceptiones vt plurimum debent opponi ante litis contestationem, aliàs nihil operantur. *l. sed si susceperit, in principio, ff. de Iudic. & in l. fin. C. de except. Papien. verb. declinatio, glos. nec si numero 1. fol.37.*

Aliæ verò dicuntur peremptoriæ, quæ regulariter debent opponi antequam sententia promulgetur, & vsque ad sententiam quandocunque, vt est textus in *l. peremptorias, C. sententiam rescindi posse. & l. præscriptionem, C. de except.* Speculat. *de execut. senten. §. fin. num.8.* licet videatur hoc dependere à voluntate rei, vt innuit glos. *in dicta l. præscriptionem, verb. sufficit, C. de except.*

Solent autem huiusmodi exceptiones esse infrascrip. puta, præscriptiones, textus *in dict. l. præscriptionem C. de except. & l. peremptorias, C. sententiam rescindi posse*: Item exceptio solutionis, compensationis, ne in quantum facere potest conueniatur, etiam exceptio non numeratæ pecuniæ. Bellam. *in cap. exceptionem num.15. de except.* Item excommunicationis. *cap. exceptionem, de except.* Querela inoffic. testamenti, Salic. *in l. peremptorias num.3. C. sententiam rescindi posse.* Pactum de non petendo, Salic. *ibidem.* Exceptio inuentarij, Phanucc. *de inuent. par.8. num.3. post med.* Exceptio trasactionis, Salic. *in dict. l. peremptorias.* Exceptio adulterij, Salic. *in l. adulterium num.7. C. de adult.* & Menoch. *cons.31. num.39. lib.1.*

Vlterius exceptio euictionis. Castr. *consil.166. numer.2. lib.2.* Soccin. *cons.399. lib.2.* Boer. *decis.43.* Exceptio pretij non soluti, exceptio separationis bonorum, & exceptio doli, Gabr. *cons.155. num.1. lib.1.* Roland. *de inuent. fol.172. num.4.* Phanuc. *de inuent. par.8. num.3. & 11.*

Vlterius exceptio, Tu non es Procurator *l. licet, C. de Procurat.* glos. mag. *in l.1. C. de iur. & facti ignor.* Exceptio Macedoniani, *l. tametsi C. ad Maced.* Canna *de execut. quæst.5.*

Contra istas exceptiones non admittuntur probationes, nisi sint claræ & euidentes. Dec. *consil.94. num.4. post med.* Rota *dec.157. part.1.*

Aro-

Anomalæ verò exceptiones sunt, quæ non sequuntur normam aliarum exceptionum. Bertacchin. *in repertorio, Exceptiones anomalæ fol.289.* & dicitur anomala, quæ non est merè peremptoria, sed mixta, & potest opponi in vim dilatoriæ. Blanch. *dicto tract. de compromiss. quæst.4.*

De viribus istarum exceptionum nil amplius dico, quia præmissa sufficient pro exemplo; licet posset afferri etiam legitimatio personarum, Actoris, & Iudicis, quæ dicitur etiam peremptoria, seù mixta, & anomala; quæ licet requirat altiorem indaginem, tamen debet prius, & ante omnia liquidari. Blanch. *de compromiss. dicta quæst.4. rubr. de except. impedit. lit. con. num.5. fol.341.* Et de his satis.

DE IVDICIO

IN VIM L. DIFFAMARI.



MISERAM quotidiè practicatum iudicium in vim l. diffamari, Ideò reductus ad negotium, aliqua non inutilia considerabimus.

Scias ergo quòd iactanti ius habere in aliqua re, si ad instantiam partis præfigatur instanti terminus ad docendum de iure suo, & ille durante tempore omittat facere debitas probationes, non auditur amplius, & in posterum repelli solet. Textus est in *l. diffamari, C. de ingen. & manumiss.* Gabr. *conclus. 6. de Act. num. 1. & seq.* & in terminis dictę legis, testes recipi possunt etiam lite non contestata, glos. *in dicta l. &* Gabr. *ubi supra num.17.*

In practica autem dantur duę monitiones, & post duas termini præfixiones Iudex solet imponere silentium iactanti, glos. *in §. fin autem in verb. admonitus, de hæred. & falsid.*

Terminus tamen præfixus in vim dictę legis potest prorogari, & Iudex super iactationibus debet esse Ordinarius loci personę diffamatę, non diffamantis, & sic in prima instantia. Abb. *in cap. si quis contra cleric. in princ. de foro compet.* Gabr. *conclus. ultim.*

d. Act. num. 41. Et ratio est, quia diffamatus dicitur reus. Bald. *in dicta l. col.* 2. Abb. *in dicto cap. si quis contra Clericum*. Capice. *decis.* 18.

Agens tamen super dictis iactationibus tenetur aliquam illarum probare: & licet videantur probatę ex oppositione facta in Iudicio, attamen Rota noluit sufficere, sed voluit quòd extraiudiciales probentur, & voluit quòd testes deponant de molestia de facto inferenda contra personam possidentem, vel bona, quod pertinet ad inquietationes extraiudiciales. Rota *in Amerina Domus* 6. *Martij* 1627. *coram Card. Gandaerio, & in eadem anno* 1628. *coram R. P. D. Merlino*.

Aduertes etiam, quod in Iudicio iactationis reus conuentus dicitur Actor necessarius, & ideò nisi clarè demonstret ius suum, debet succumbere. Rota *in Romana domorum* 9. *Iunij* 1617. *coram bon. mem. Martino Andrea*.

Ex ex his inolsuit monitorium A. C. quod quotidie conceditur in Tribunali super iactationibus, & molestationibus, non solùm in causis curialibus, sed etiam extra Vrbem, respectu personarum, quę solent habere priuilegium fori: & huiusmodi Iudicium fit modo, & forma, prout supra de alijs dictum est. In hoc solùm poterit esse differentia, quod in illis probationes fiunt ab illo, qui obtinet monitorium, illudque legitime executum reproducit in actis. In hoc autem qui reproducit monitorium, procurat parti aduersę pręfigi terminum ad probandum; & si ille non probat, iste absoluitur per non ius moniti. Rota *in Abulen. portionis* 13. *Iunij* 1647. *coram dicto* R. P. D. *Celso*.

Formula Monitorij poterit esse vt infra.

De mandato &c. Illustrissimi & Reuerendissimi D. A. C. *siue Illustrissimi & Reuerendiss.* D. *Francisci Mariæ Bananzoni, & ad instantiam Illustriss.* D. *Iulij Cæsaris Petronij*.

Tenore præsentium &c. monetur D. B. *quatenus infra triduum proximum &c. debeat ab omnibus & singulis iactationibus, vociferationibus, molestationibus &c. destitisse &c.* Et hoc monitorium, vt dictum est de alijs, exequitur, & reproducitur, &c.

Postmodum citatur *ad videnď. sibi præfigi terminum*, vt supra anni, per duas, vel tres vices ad arbitrium.

Et ad effectum probandi molestias, & extraiudiciales iactationes, poteris citare *ad dicendum contra articulos*, & testes examinare, & deinde citare *ad dicend. nim contra iura in forma*, & in illius termino redigere in brolliardo repetitione m monitorij reproducti,

cti, & testium examinatorum per compulsum, & in parte, & partibus, & deinde seruare terminos substantiales, & postmodum citare ad sententiam iuxta formulas superius tibi traditas, & formare tuam cedulam, seù sententiam absolutoriam, & procurare illius subscriptionem, & publicationem.

Circa hoc iudicium, qualis expositio requiratur, non fine proposito posset videri Boer. *decis.* 255. *num.* 8. & Lontard. qui scripsit super dicta l. diffamari.

Sententia, quæ formatur in hoc iudicio, debet esse absolutoria, cum expressione, *iactationes, vociferationes, molestationes, vexationes, & perturbationes per diffamantem præstitas fuisse, & esse iniustas, temerarias, de facto factas, & proinde iactatum ab illis absoluendum fore & esse, & iactanti perpetuum silentium imponendum fore, & esse*. De quibus poteris instrui à Contardo *vbi supra*, & ab Innocentio *in cap. Abbas, de verb. signific.* & Marsilio *singulari* 283. & à Gratiano *disceptationum forens. cap.* 136, *n.* 51.

DE POSITIONIBVS.

NON videtur extra propositum, aliquid de positionibus, & articulis afferere, quia illis vt plurimum vtimur ad probandum vtramque substantiam iudicij personarum, seu negocij, de quo agitur, & formula breuiter potest esse huiusmodi.

Positiones, & articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine Titij contra, & aduersus Meuium: quas, & quos, petit recipi, & admitti, & super illis perdictum Meuium medio iuramento tactis, &c. per verbum credit, vel non credit, simpliciter responderi. Non se astringens ad onus superflauę probationis: de quo, &c.

In primis Procurator prędictus, repetitis, ac reproductis repeti ac reproduci de iure, ac stilo solitis, ponit, ac quatenus opus sit probare vult, & intendit.

Qualiter, &c. dictus D. Ponens mutuauit ipsi D. Meuio scuta quingenta monetæ.

Qua

Qualiter talis mutuatio fuit facta Romæ in tot duplis Hispaniarum, vngaris, & moneta argentea.

Qualiter dicta numeratio fuit facta domi D. Caij posita in Regione Triuij, in platea, &c.

Istæ positiones producuntur præuia citatione ad dicendum contra positiones, & articulos.

Deinde veniente die, sub qua cadit citatio, dictæ positiones producuntur in brolliardo à principali, vel à Procuratore specialiter ad ponendum sic & sic deputato, & multi, vt cautè agant, quando non possunt ex se illas producere, faciunt in illarum calce mandatum procuræ ad producendum cum iuramento supradictas positiones.

Postmodum reproducitur citatio in actis, & obtinetur solitum decretum, & successiuè Notarius dabit monitorium de respondendo, quod poterit esse sub infrascripta forma.

De mandato, &c. & ad instantiam, &c. Moneatur D. Meuius ex aduerso principalis, quatenus infra triduum ab executione præsentium computandorum sub mandati de grauando, & confessatorum, alijsque, &c. pœnis debeat realiter, & cum effectu positionibus, & articulis in actis pro parte instantis productis singulariter singulis simpliciter, & explicitè per verbum credit, vel non credit medio iuramento tactis respondisse, debitamque responsionem dedisse, & præsentibus omnino paruisse, &c. alias dicto triduo elapso mandatum de grauando relaxari, & positiones, & articulos pro confessatis pronunciari, & ipsum aduersarium pro confesso, & conuincto haberi vidisse, & audiuisse omni meliori modo.

Hoc monitorium exequitur personaliter, & reproducitur à Cursore, vt dictum est de alijs: & secuta reproductione, practici solent personaliter citare reum ad respondendum positionibus prout infra.

A. C.

A C. siue Illust. D. Ginetto Iud. deput.

Citetur Meuius ex aduerso principalis ad respondendum positionibus, & articulis in actis per instantem cum iuramento productis, alias videndum grauari, & pro grauamine videndum contra ipsum relaxari mandatum pro summa diurna per D. arbitranda, ac etiam illos pronunciari pro confessatis, ad p. d. Instante, &c.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt, & obtinuit loco grauaminis relaxari mandatum pro iulijs quinque pro qualibet die, & positiones pro confessatis pronunciari, nisi ad primam diem, cum intimatione.

A. C. siue Illust. D. Ginetto Iud. deput.

Intimetur Meuio ex aduerso principali, qualiter D. grauauit, & pro grauamine relaxauit mandatum, & positiones pronunciauit pro confessatis, & alias, prout in actis, &c. Instante, &c.

Si aduersarius respondet, & negat, fit citatio *ad videndum iurare testes, & mandari examinari*, prout supra notauimus: & idem erit faciendum, si in parte illas confiteatur, ad effectum probandi quod negauit:

Scias, quod responsiones debent esse simplices, vt puta, *Credit vel non credit*: alias reus cogetur iterum respondere. Si vero respondebit, Non credit, vt ponitur; nec ad effectum, ad quem ponitur erit sufficiens responsio, nec iterum cogetur respondere Ludouis. *decis.* 282. *num.* 10.

Cautus eris in componendo positiones: quia si illæ breues erunt, & continebunt purum, & simplex factum, adeo vt vna non sit cum alia intricata, reus cogetur simpliciter respondere: potest enim euenire, vt in vna duo contineatur, & vna sit vera, altera non vera: tunc reus poterit vtramque negare, vt puta: si est verum mutuum, & non est vera quantitas, Papien. *verbo, exceptio contra positiones, fol. mihi* 63.

Quod positionibus sit respondendum per verbum, Credit, vel non credit, est tex. *in l.* 2. *in principio* §. *quod obseruari C. de iur. cal. in c. præsentium de testibus & attest.* Alia probare, videbis in Natt. *cons.* 59. *n.* 2. 7. *& seqq.* Vestr. *lib.* 5. *c.* 14. *n.* 14.

Et

Et aduerte, quod non possint fieri interrogatiuè, sed positiuè, Mascard. *conclus. 1176. n. 23.*

Nec tenetur reus respondere, quando obstat exceptio, quę impedit litis ingressum, vt puta excussio, vel præscriptio, Crauett. *consil. 263. circa finem.*

Prout neque tenetur respondere positioni, quę contineat crimen eius, qui respondere debet. Bart. *in l. transactione C. de transact.* Mascard. *conclus.* 1177. *num.* 59. vbi pro, & contra.

Et in casu licito tenetur respondere in quacumque parte iudicij, etiam post conclusionem in causa, & post conclusionem in causa, & post sententiam, Menoch. *de recuperan. remed* 1. *n.* 219. Vestr. *lib.* 5. *cap.* 14 *n.* 12. & 39.

An denegetur in causa ordinaria post publicationem testium, etiam pro habenda tantum responsione? Pedemont. *decis.* 10. *n.* 8. & *decis.* 97. *num.* 6.

Et an fiant elapso termino ad probandum? Ioannes Andreas *in nou. cap.* 1. *de confess. in* 6. Mascard. *dicta conclusione* 1176. *numero* 5.

Quando autem respondens vnam negauit, & conuincitur de mendacio, reliquæ habendæ sunt pro veris. Castrensis *consil.* 302. *lib.* 2. Vestrius *in praxi lib.* 5. *capite decimoquarto numero vigesimo quinto.*

Si verò respondens referat se ad instrumentum, & dicat Credo, prout in instrumento; si tale instrumentum fuit productum, dicitur bona responsio. Ioseph. Ludouic. *decis.* 8. *par.* 1.

Et si respondens credat cum aliqua qualitate, tunc talis qualitas non potest diuidi; vt puta, recepi, sed restitui; non potest pro parte acceptari, & pro alia recusari. Menoc. *cas* 93. *lib.* 2, *n.* 24. Boer, *decis.* 243. & Pedemon. *decis.* 176.

Et si non fuerunt datæ cum iuramento, & mandato speciali per actorem, vt supra non tenetur reus respondere. Surd. *decis.* 58. *num.* 11. & Rota *in Asculana societatis* 28. *Iunij coram bon. me. Card. Virili.*

Minor autem, qui respondet illis iunctis adminiculis sibi præiudicat, præsertim si agitur cum Ecclesia, & in isto casu cessant Statuta de contractibus sine certa solemnitate non valituris. Rota *in Maceraten. prædij* 19. *Ianuarij* 1624. *coram bonæ memoriæ Remboldo.*

Vt autem positiones pronuncientur pro confessatis, debent concurrere requisita per Franch. *in cap. it.* 2. *numero* 9. *de confess. lib.* 6.

Scra-

Seraphinus *dec.408.n.4.* & fuit dictũ *in Romana dotis 21. Maij 1625. coram bon. mem.* Coccino, quos refert Rota *in Bononien. Saluiani 11. Ianuarij 1627. coram d. bon. mem. Cardinale Virili.*

Vbi etiam habes, quod tertius possessor non tenetur illis respondere in sui præiudicium circa possessionem, & contra illum non possunt pronunciari pro confessatis.

Si verò fuerint dati articuli sine iuramento, datur regula, quòd articulans non fatetur, Ludouis. *decis.247. num.15.*

Sed dati cum iuramento plenè probant contra articulantem, Ludouis. *decis.215. num.2.* & *decis.143. vbi adden.*

Positionum copia non datur, quando positio concernit factum proprium. Farinac. *quæst.39. num.135. lib.2.* maximè quando est respondendum per verbum *Credit, vel non credit*, Vestr. *lib.5. cap.14. num.35.*

Et an detur purgatio moræ in respondendo, Thesaur. *decis.18. num.2.* Papien. *verb. except. contr. possess. glos.1. fol.64. num.2.*

Et si fuerint pronunciatæ pro confessatis, regulariter non datur restitutio pro noua responsione. Thesaur. *decis.18. num.2.* Papien. *dicto verb. exceptio contra possess. dicto num.2.*

Quando principalis non est in loco iudicij, tunc datur delegatio directa alicui Iudici cum litteris ad locum, vbi principalis degit, pro habenda responsione, Cappell. Tolosan. *quæst.233.* Papien. *vbi supra*, Marant. *in repet. l. si actor num.63. de procurator.*

An verò Procurator Dominus litis effectus possit respondere, vide Thesaurum *decis.17.*

Et an possit respondere Syndicus, vide *cap. in pertractandis, de iuram. calum.* Bertacch. *repertor in verbo, Syndicus.*

Notabile est, & in practica quotidie euenire potest, quod ab articulis potest iudicium incipi, si summariè proceditur, Natt. *consil.117.*

Et datur optima cautela illi, qui debet respondere, quod protestetur, quod intendit reuocare responsionem, si de iure respondere non debet, Pedemontan. *decis.176. num.1.* Mancin. *de iuram. part.2. art.2.* hæc enim protestatio saluat omne ius, & facit, quòd si responsio danda non erat, data non censeatur, vt *dicta decis. Pedemont. loco citato.*

Scias etiam, quod respondens si in responsione potest detegere turpitudinem propriam, non tenetur respondere. Verall. *decis.327. par.2. num.4.*

In summa, casus, in quibus quis non tenetur respondere, sunt

multi. Primò, quando continet crimen, vt supra. Secundò, quando sunt interrogatiuæ, vt supra. Caputaq. *decis.*327. *num.*2. *par.*2. Tertiò, quando alias fuit decisum contrarium per viam iuramenti; Mancin. *de iuram. part.*2. *art.*2. *numer.*18. Quarto, quando datur contra Instrumentum, & continet contrarium. Perusin. *decis.*8. *num.*3. Et ratio est, quia positio est inuenta loco probationis, ideò nisi adsit defectus probationis, non admittitur, Speculat. *de posit.* §.3. *num.*3. & 4. Tu tamen practicabis contrarium, quando vis clarius probare id, quod iam probatum est. Mascard. *conclus.* 1177. *num.*8.

Quinto idem dices, si positio est obscura, vel generalis generalissima. Mancin. *vbi supra num.*23. & 24.

Sexto Idem si erit negatiua, Mancin. *ibidem numer.*20. & Mascard. *dicta conclus.*1177. *num.*29. licèt contra videatur glos. & text. *in cap.*1. *de confess. in* 6. Papien. *verb. exceptio glos. negatiua.*

Septimo quando positio data per alteram partem est contraria alteri positioni datæ per aduersarium. Surd. *decis.* 196.

Octauo nec teneb. tur respondere incertæ positioni, Mancin. *vbi supra num.*22. Papien. *verb. exceptio contra positiones, vers. Incerta num.*2.

Nono nec tenetur respondere multiplici positioni, Pedemontan. *decis.*176. *num.*1. Mancin. *vbi supra num.*29. Exempla autem ponuntur per Mascard. *dict. conclus.*1177. *num.*38.

Decimo neque copiosæ positioni est permittenda responsio, Caputaq. *decisione* 327. *numer.* 3. *part.* 2. Vestr. *lib.* 5. *capit.* 14. *numer.* 19.

Vndecimo nec positio alternatiua est permittenda, Mancin. *vbi supra n.*22. & dixit Rota *in Romana cambiorum* 11. *Ianuarij* 1600. *coram Cardinale Lancellottus.*

Duodecimo tertius non potest cogi pro alio, sed tantùm pro se, si facit partes in iudicio. Text. est clarus *in l. si sine*, §. *alius*, *de interrogat. act.* Vide Speculat. *de posit.* §. 1. *in principio.*

Decimotertio si reus ponit contra emptorem, & instat, vt author eius scilicet venditor respondeat, talis venditor non tenetur respondere, quia non agit, nec excipit; vt egregiè Surd. *consil.* 82. *num.*24. Et ratio est, quia tenetur de euictione. Contrarium verò videtur tenere Imola *in l. facta*, §. *si heres col. fin. verb. potest respondere*, *ab Trebell.* per text. *in l. fin. de procurat.*

Decimoquarto secus videtur dicendum in cedente, quia cedens dicitur esse in iudicio mediante persona cessionarij; ideò videtur

posse

posse vocari, & cessionarius teneri illum ad respondendum exhibere; & pro ista opinione est Imola relatus à Cephalo *consil.*21 *n.*5. Contrarium tamen videtur verius, quia cedens non est in lite. Surd. *cons.*82. *num.*24. Item, quia non est principalis, & quia confessio cedentis non nocet cessionario, si est facta post cessionem, Afflict. *decis*163. *numer.*5. Caputaq. *decis.*155. *num.*2. & *decis*259. *num*2. & *decis*331. *num.*4. *par.*1. & dixit Rota *in Romana donationis de Iacomellis* 10. *Decembris*1610. *in fine, coram Sacrato*; & est optimum cons. apud Surd. *cons*82. *num* 24.

Ratio autem huius conclusionis videtur esse, ne sit in facultate cedentis fraude, & dolo confitendo tollere ius quæsitum cessionario; quod iura abhorrent. Abb. *in cap.*2. *de fid. instrum* vbi Pelin. *num.*12. Mascard. *conclus.*174. *num.*2. & dicit Surd. *dicto consil.*82. *num.* 23.

Ampliatur, quod hoc est adeò verum, vt cedens nec possit non solum cogi ad respondendum, sed etiamsi induceretur tanquam testis, adhuc repelleretur indictio, & ratio est, quia tenetur de euictione, vt considerat Surd. *dicto consil* 82 *num.*24.

Tu autem, vt præmissis tollas difficultatem, videbis Bertrandum *cons.*219. *num* 17. *lib.*2. Cephal. *cons.*21 *per tot.* Marant. *in repetitione legis, si actor num.*59. *de procurat.* & Mascard. *conclus.*374. *num.*5.

Decimoquinto, positioni iuris neque est respondendum. Mancin. *de iuram. loco cit.n.* 24. Idem dices, si est lapsus terminus ad probandum, Rota *decis.*20. *de testib. in antiq.* Vestr. *dicto lib.*5. *cap.*14. *num,*12. Sed contra hanc opinionem est Marsil. *singul.*20. Menoch. *recuperan. remed.* *num.*219. gloſ. 1. *in cap.*1. *de confess. in* 6. Hieronym. de Monte *fin. regund. cap.*46. *per tot.* & Ioseph Ludouic. *dec. Perus.*8.

Sublimitatur, quando est lapsus terminus statutarius. Lanfranc. *in cap. quoniam contra, de instrum. edit. num* 26. & si fuit semel responsum in prima instantia, non cogitur respondere in secunda, Mancin. *vbi supra num.*26. Afflict. *decis.*216 *num.*1 & Osasc. *dec.*14. *num.*8. Contrarium tamen, quod pluries possit cogi, quia potest esse, quod hodie non credam, & cras credam; est opinio Rot. *decis.*1. *de confess. in antiquis.*

Decimosexto, quando habet quis authorem de euictione, nec tenetur respondere, prout neque tenetur ille qui habet fundatam intentionem super instrumento, vel partis confessione, vel testibus, Mancin. *vbi supra num.*27. & 28.

Decimoseptimo, super ijs, quæ consistunt in animo, minus est permittenda positio, sicuti neque si contineret excommunicationem, vel materiam obiectiuam, Mancin. *vbi supra numero* 32. 33. 34.

Dedecimo octauo, hæc datur ante litem contestatam, nisi simus in causa summaria. glos. *in cap.* 1. *de confess. in* 6. Et idem dices, vbi potest recusari iuramentum decisiuum, Mancin. *vbi supra num.* 36. *&* 38.

An autem responsio in positionibus sit veritatis, vel credulitatis, & an possit contra respondentem inquiri de periurio? negatiuè respondit Olasc. *cons.* 203. *num.* 26.

Decimonono, aduocatus neque cogitur respondere positionibus Speculat. *de positicn.* §. 3. *num.* 6. glos. *in cap.* 1. *verb. confessio, de confess. in* 6. Contra tamen videbis Surd. *decis.* 17.

Vigesimo, neque videtur respondendum positionibus in possessorio Recuperandæ. Rimin. iun. *cons.* 543. *num.* 1. *lib.* 5. & neque est respondendum in possessorio legis fin. *C. de edict. Diu. Adr. toll.* Bald. *in d. l. fin. num.* 9. *& cons.* 189. *num.* 3. *lib.* 3.

Vigesimoprimo, in facto alieno si facit ad causam, quis tenetur præcisè respondere. Mascard. *conclus.* 1177 *aliàs* 1181. *num.* 25. vbi declarat, factum alienum tunc dici, quando non facit ad causam, & ad illud nemo tenetur respondere, vt *sub num.* 24. Sed quando facit ad causam, præcisè respondere tenetur, vt *dicto num.* 25. secutus Speculat. *de posit.* §. *supra num.* 10. *&* 11. Sed quando dicitur respondere, debet dari terminus ad se informandum, Mascard. *vbi supra num.* 28.

An autem cogatur respondere per verbum credulitatis, vel veritatis, habita distinctione, an sit iuratum de veritate tantùm, vel de calumnia tantùm, vide glos. *in cap.* 1. *verb. statuimus, post med. de confess. in* 6.

An etiam possint reuocari positiones post modicum, putà die sequenti, vide Vestr. *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 6. & an possit reuocari in continenti, vide Mascard. *conclus.* 350. *num.* 10. & Gabr. *conclus.* 1. *de reg. iur.*

Quando illis est respondendum per principalem, tunc non debet esse præsens Procurator, nec Aduocatus, nisi essemus in rustico, idiota, & muliere. Marant. *in l. Factor num.* 67. 68. glos. 1. *in dicto cap.* 1. *de confess. in* 6.

Confessio tamen ficta, vt puta pronuncia pro confessatis, non dicitur releuans, nec attenditur in Rota, & Tribunali A. C. nisi

actor

actor afferat etiam alias probationes, & sic practicare vidi multoties. Contrarium tamen practicatur in Curia Capitolina, vbi ex forma notorij Statuti, talis confessio facit concludentem probationem.

Si quis autem positionem negauerit, non potest vti confessione resultante ex earum productione. Surd. *decis.196. num.3.*

Qualis autem responsio sit magis adæquata? tu aduertes, quod si positio erit clara, & pura & non patietur exceptionem, tunc responsio debebit esse, Credit, vel non credit. Si autem eueniet, vt solet sæpius accidere, quòd *illa* sit industriosa, & suspecta, tu dabis responsionem tibi bene visam in conscientia; & deinde addes: Aliàs non credit, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur: vt puta, si agatur de mutuo; si mutuauit, reddidit, aliàs non credit, vt ponitur, & ad effectum, ad quem ponitur. Ista enim adiectiua, Aliàs non credit &c. facit, quod si pars acquieuit primæ parti responsionis, nihil vltrà est agendum: si verò non acquieuit, tunc secundam partem euitare non potest, aliàs non credit, vt ponitur &c. Quia ista est optima responsio. Ludouis. *dicta decis.282.num.10.*

Quare autem dixerim, Et ad effectum, ad quem ponitur, scias, quod ità practicaui ad remouendum ansas calumniarum, agendi criminaliter, cùm illæ duæ negationes, non credit, nec ad effectum &c. accipiuntur sępius à criminalibus pro pura negatiua, & hinc assumunt ansam agendi de periurio.

Et scias etiam, quod clausula, quę ponitur in decreto, *admitti si, & in quantum, sine præiudicio impertinentium, & non admittendarum*, fuit adinuenta ad obturanda ora loquentium; non autem facit, quod possit saluari, quod si articuli essent impertinentes, non intelligantur admissi. Afflict. *decis.33. num.8.*

Et quia de interrogatorijs aliqua supra diximus, & tetigimus materiam articulorum, & formulam illorum in parte dedimus supra; nunc dimissis interrogatorijs registrabimus articulos necessarios pro immemorabili, & de ea aliqua afferemus.

DE IMMEMORABILI.

PROBATIO immemorabilis de raro videtur facta cum requisitis necessarijs, ideoque non sine causa duxi, apponendum exemplum ad effectum, vt innotescat omnibus modus à Sacra Rota in eius probatione requisitus. Exemplum itaque erit huiusmodi.

Articulos infrascriptos, dat, facit, exhibet, & producit Procurator, & eo nomine Reuerendissimi Hilarionis Rancati Procuratoris generalis in Vrbe totius sacri Ordinis Cisterciensium, & Abbatis, & Monachorum monasterij beatæ Mariæ Populetti Tarraconen. Diœcesis contra, & aduersus R. Dionysium Ferrerium, omnesque alios, &c. quos petit recipi, & ad probandum admitti in curia, & extra, testes super eis, & tota causa examinari, non se astringens, &c. attento præsertim notorio super contentis in eis. Quod expresse allegat, & de hoc expresse protestatur non solum, &c. sed omni, &c.

In primis Procurator prædictus repetitis, & reproductis repeti, & reproduci de stilo, & de iure solitis ponit & quatenus opus sit inhærens dicto notorio, & sine illius præiudicio probare vult, & intendit.

Qualiter monasterium beatæ Mariæ Populeti, & eius Abbates, & Monachi pro tempore eiusdem monasterij mediantibus Monachis præsentatis à decem, viginti, triginta, quadtaginta, & quinquaginta annis, & per multum tempus ante, ita quod non adsit memoria in contrarium, & vsque in præsentem diem fuerunt, & sunt in pacifica, & quieta possessione Prioratus, & monasterij sancti Vincentij martyris vulgo nuncupati della Roschetta extra muros ciuitatis Valentiæ, in illo præsentando Præsidentes vulgo vocatos Maiorales, illos ad nutum Abbatis dicti monasterij Populeti amouendo, & alios pro tempore admittendo, & præsentando, & alios actus faciendo, qui fuerunt, & sunt soliti fieri à veris Dominis, & proprietarijs, & possessoribus de eorum dominijs, & monasterijs. Quod totum fuit, & est publicum, manifestum, & notorium, & illi, qui hodie viuunt, sic id viderunt, audierunt, & intellexerunt ab alijs suis maioribus, & antiquioribus à longo tempore

pore iam defunctis, qui dicebant, & affirmabant pariformiter, se suis temporibus ita vidisse, sciuisse, audiuisse, & intellexisse ab alijs suis maioribus, & antiquioribus à multo tempore iam defunctis, dicentibus, & affirmantibus similiter suis temporibus ita illud vidisse, sciuisse, audiuisse, & intellexisse ab alijs suis maioribus, & antiquioribus à longo tempore iam defunctis, qui dicebant, & affirmabant similiter se suis temporibus idem vidisse, sciuisse, audiuisse, & intellexisse, & quod semper vsque ad præsens sine intermissione talis fuerat de vno in alterum publica, & communis traditio de premissis, & quod nunquam nec isti, nec illi suis temporibus respectiuè viderunt, sciuerunt; audiuerunt, nec intellexerunt aliquid in contrarium. Et de illo vsque ad præsens continuò de omnibus supradictis fuit, & est vox communis, & fama publica in presenti Principatu Cataloniæ, publicum, notorium, & manifestum palam, &c.

Posui vnicum articulum, quia vnicus sufficit ad aliorum exemplum.

Scias autem, quod immemorabilis est inæstimabilis considerationis, quia alij dixerunt, quod ex illa oritur præsumptio Iuris, & de Iure, vt Menoch. *præsumpt.* 131. *num.* 50. *lib.* 3.

Alij dixerunt, quod habet vim legis. Cassador. *decis.* 2. *de prob.it.* Rota. *decisione* 717. *parte* 1. *lib.* 3. *num.* 9. Alij vero, quòd pari passu ambulant, priuilegium, & consuetudo immemorabilis. *cap. super quibusdam.* §. *præterea, de verb. signific.* Gonzal. *ad reg. octauam Cancellar. glos.* 33. *num.* 5. Pen. *dicta decisione* 103. *n.* 3.4.7. *&* 46.

Alij, quod non intelligitur comprehensa in generali dispositione, & quod sit speciali nota digna. Gonzal. *ad dictam reg. octauam glos.* 33. *numero* 2. Rota impres. penes Menoch. *cons.* 1050. *nu.* 10. Rota *in Burgen. quindenniorum* 15. *Maij* 1600. *coram bonæ memor. Corduba*. Alij etiam, quod non videtur comprehensa in Concilio Tridentnio, nisi in eo expressè legatur. Gonzal. *dicta glos.* 33. *n.* 5. *& alibi*. Alii vero, quod in clausula, Non obstante quacumque consuetudine, illa non dicatur comprehenensa. Afflict. *decis.* 254. *n.* 5 Alii, quod non possit tolli per Principem, vt apud Roland. *cons.* 59. *num.* 17. *lib.* 4.

Sed contra in materia reseruationis vigore regulę Cancellariæ 8. tollere consuetudinem immemorabilem, dixit Rota *in causa Foroliuien.* 5. *&* 12. *Decembris* 1588. *coram Seraphino*, & *in Carthaginen.*

ginen. portionis 29. *Decembris* 1587. *coram Blanchetto*, & *Casalen. Canonicatus* 29. *Ianuarij* 1604. *coram Litta*.

Alii, quod per eam omnia præsumantur solemnia. Rota *in Tudertina Prioratus*, 10. *Ianuarij* 1594. *coram bonæ memoriæ Litta*. Alij, quod ex ea acquiratur melior titulus de mundo. Rot. *decisione* 4. *numero* 2. *de testib.* Alij etiam, quod est maioris virtutis immemorabilis, quàm præscriptio centum annorum. Nauar. *de vsuris glos.* 15. *numero* 96. *in antiquior.* Mohedan. *decisione* 3. *de Iurepatr.* & *in vna Mediolanen. Iurispatronatus* 21. *Aprilis* 1589. *coram Comitulo*, & Conzal. *ad reg. octauam glos.* 18. *numero* 45 & *glos.* 33 *num.* 4. Pen. *decis.* 137. *num.* 2.

Sed ista immemorabilis non prodest, quando costat de veritate in contrarium per eadem iura, seu instrumenta, quorum tempus immemorabile allegatur. Crauett. *de antiquitat. temporum quarta parte in principio quæst.* 12. *pagina* 434. Verall. *decisione* 304. *parte tertia*.

Nec minus discutitur in possessorio. Pen. *decisione* 80. *numero* 14.

Quale autem tempus requiratur? Alij dixerunt centum annorum. Crauett. *de antiquit. temp. parte prima num.* 4. vbi de communi, & communem esse affirmat Innocent. *in cap. veniens, de verb. signific.* Couar. *in cap. possessor. in* 2. *parte*. §. 3. *numero* 6. & *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 7 *numero* 6. & de magis communi, Gabr. *conclus.* 1. *num.* 78. & 80. *de præscript.*

Alij dixerunt, quod requiritur tempus supra annos centum. Gabr. *dicta conclus.* 1. *num.* 78. *vers. contrarium, de præscript.* & glos. *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. Alij, quod sufficiat minus tempus annorum centum, cum hominis vita fuerit abbreuiata. Simon de Pretis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *dubit.* 4. *num.* 231. & de magis communi Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 6. Gabr. plures cumulans *conclus.* 1. *n.* 79. *de præscrip.*

Alij, quod hodiernum tempus immemorabile est octuaginta annorum. Soccin. *cons.* 89. *n.* 7. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 92. *num.* 10 *lib.* 4 Honded. *cons.* 66. *numero* 12. *lib.* 1. Alii autem dicunt de annis septuaginta, vt Fiuizzan. *decis.* 17. Praxis Archiepiscopalis Neapolitana *cap.* 63. *numero* 2. Mascard. *conclus.* 103. *num.* 3. Alii dicunt de sexaginta, vt Honded. *cons.* 17. *num.* 50. *lib.* 1. Alexand. *cons.* 92. *num.* 2. *lib.* 6. Caputaq. *decis.* 5. *num.* 2. *parte* 3. Alii dicunt de quinquaginta, vt Laderch. *cons.* 10. *num.* 1. Alii de quinquaginta sex, vt Alexand. *cons.* 90. *num.* 2. *lib.* 6. Alii de quadraginta, vt Gabr. *conclus.* 1. *n.* 80.

Ta

Tu autem tenendo opinionem Rotæ, vel dices sufficere spatium nonaginta annorum, vt dixit Rota *in causa Mediolanen. Iurispatronatus 29. Aprilis 1611. coram Reuerendissimo Attrebaten.* Vel dic esse arbitrarium Iudici, vt dicunt allegati per Pedroc. *cons. 39 numer.146.* Barz. *decis. Bononien.2. num.45.* Afflict. *decis.83. num.3.* Ruin. *cons.141. num.18. lib.5.* Honded. *cons. 66. num.11. lib.1.*

Ista autem immemorabilis est probanda per testes quia per scripturas probari non potest, licet sint in forma probanti: Rota *dec. 586. num.30. apud Peniam*, illi debent habere tempore examinis saltem annos quinquaginta quatuor, & debent deponere de visu, tempore eorum cognitionis, & debent probare ea, quæ posuimus in articulo, & dicit glos. *in cap.1. in verb. memoria, de præscript. in 6.* quam refert, & sequitur Rota *in Egitanien. decimarum 5. Decembris 1625. coram bon. mem. Remboldo*, quæ refert Seraphin. *decisione 1102. num.2. & seq.* & Ludouis. *decis.444. num.9.* et est *decis.590. apud Peniam.*

Excluditur autem immemorabilis, si constat de initio. Pen. *decis.475. num.12.* Rot. *in causa Toletana decimarum de Capilla 2. Martij 1648. coram R.P.D. meo Verospio*; & *in Hispalen. Decimarum 15. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Meltio.*

Si autem quis prætendit illam excludere contrarijs probationibus, & exceptionibus, caue, quod seruetur dispositio text. *in l.1. & 2. ff. de except. & l. quingenta C. de probat.* & vide quæ notat Baldus *in l. frustra num.2. C. de probat.* Ludouis. *decis.201. num.3.* Et ad propositum vide decisionem supradictam *in causa Toletana decimarum de Capilla coram dicto R.P.D. meo Verospio.*

DE PROCVRATORE.



QVONIAM in Iudicijs vsitatissima est præsentia Procuratoris, de Procuratore etiam aliqua considerabimus, quæ in practica quotidie venire solent.

Si moritur Dominus, eius Procurator Dominus litis effectus potest prosequi litem non obstante morte principalis si ille decessit cum hærede, secus autem: si bona sint vacantia, & nemo

vult esse hæres : sed potest, si simus in dubio, an quis velit esse hæres, & ad hoc non est facta diligentia. Penia *decis.* 149. *num* 7. 8. & 9.

Et si habet facultatem substituendi, & substituat, eius mandatum expirat, & non potest substitutum reuocare. Pen. *dicta decis.* 149. *num.* 10.

Substitutus autem non potest alium substituere, nisi fuerit factus Dominus litis. Pen. *decis.* 516. *num.* 1.

Minus potest Procurator constitutus cum facultate substituendi, postquam dictus primus substitutus fecit plures actus iudiciales, alium substituere. Pen. *decis.* 149. *num.* 1.

Dicitur autem factus Dominus litis per seruationem terminorum substantialium. Pen. *decis.* 610. *num.* 5.

Et cum talis Procurator factus fuit Dominus litis, non potest causam deserere, sed debet illam omninò prosequi. Rota *in Romana domorum* 20. *Iunij* 1650. *coram* R. P. D. *meo Otthobono*.

Dixit etiam Rota, quod Dominus litis effectus dicitur Dominus solius instantiæ: casus fuit sic decisus *in Neapolitana Massariæ* 26. *Iunij* 1623.

Id tamen intelligendum est secundum Rotam, quando in mandato procuræ adest clausula *Releuans &c. coram quibuscumque Iudicibus comparen. iura defenden. &c.* Tunc enim non expirat per instantiam, sed durat etiam in secunda, & mortuo principali constituente potest continuare, non obstante quod reliquerit filios. Casus est *in Fauentina fideiussionis, seù liberationis à molestijs* 1. *Iulij* 1659. *coram R. P. D. meo Albergato*.

Imò, si Dominus post litem contestatam vellet illum reuocare, non posset; & si reuocatur, potest cum ipso procedi, & sententia obtenta dicitur valida. Rota *in Meleuitana tenutæ* 14. *Iunij* 1647. *coram* R. P. D. *meo Bichio*.

Si autem in progressu causæ opponatur de mandato procuræ, licet antea magna controuersia fuerit inter Doctores, non sufficere præsumptum, sed requiri verum, & reale, & solum probatum per instrumentum; attamen Rota seruando æquiorem opinionem, voluit quòd sufficeret præsumptum per productionem iurium: & si tu adderes promissionem de rato, tutior esses in tuo processu ad vlteriora. Vide pulcherrimam decisionem, quæ emanauit *in causa Romana cambij*, 9. *Iunij* 1649 *coram bon. mem. Arguelles*, vbi etiam discutiuntur opiniones plurium doctorum disputantium, an mandatum procuræ possit probari per testes, & an acta possent

per

per ratificationem principalis reualidari. Idemque dicitur *in Farfen. bonorum 27 Nouembris 1648. coram* R.P.D. *Cerro*.

Et si citatur ad docen. de mandato procuræ, aliàs viden. mandari procedi per contradictas; si comparet, & producit mandatum absque vlla protestatione declinatoria fori, & dicat, nihil fieri, nisi ipso citato; dicitur consentire in iurisdictione, & præiudicat domino. Idque sic fuisse aliàs etiam declaratum in Signatura Sanctissimi, tempore sanct. mem. Clementis VIII. refert Rota *in Ceruien. bonorum 29. Martij 1647. coram* R.P.D *Ghisilerio*.

Dic etiam, quòd dicitur consentire in iurisdictionem, si citat ad videndum remitti causam ad partes, & reiectus non appellauit, neque adiuit Signaturam, prout adiri debet, quia dicitur hac ratione acquiescere. Rota *in eadem Ceruien. bonorum 29 Martij 1647. coram dicto R.P.D. Ghisilerio*.

Declara tamen, quod si mandatum non esset sufficiens ad consentiendum, talis consensus nihil valeret. Clausulæ autem aptæ ad consensum leguntur in eadem decisione: vt puta, ac si dictus constituens præsens esset, facere posset; etiamsi talia forent, quæ magis speciale requirerent, & exigerent mandatum, cum clausula amplissima *ad lites, & causas, pleno plenissimo mandato &c. plena, libera &c. cum facultate substituendi*.

Et licet ad prorogandam iurisdictionem requiratur speciale mandatum, tamen clausula, Cum libera, æquipollet mandato speciali ad effectum consentiendi in iurisdictione, vt firmatur in supracitata decisione.

Duo igitur obseruabis. Primò, bene aduertere, quando facis protestationem Nihil fieri, nisi te citato, in illa apponere protestationem, *citrà consensum in iurisdictionem; nisi si, & quatenus*; quia in hac excluditur consensus, præcipuè si addes verba; *Ita quod potius actus pereat, quàm præsens protestatio; de quo &c.* Secundò verò, quod si citabis pro moderatione inhibitionis, seu monitorij A.C. tunc si non potes obtinere, appellare debes, vel adire Signaturam, ad effectum, aut committendi causam appellationis, vel obtinendi rescriptum, oretenus, in quo iungatur A.C. vt suam moderetur inhibitionem, & causam remittat ad partes.

Sciendum est etiam, quod Procurator reuocari potest (intellige, vt supra, ante contestationem litis) & si reuocatur, & deducitur ad notitiam partis, non potest cum ipso procedi sine vitio nullitatis; ad notitiam autem deducitur per intimationem reuocationis, vel etiam protestationem Procuratoris, se non fuisse

constitutum in tali causa, vel fuisse reuocatum. Casus est *in Tiburtina Castri Sancti Angeli* 18. *Iunij* 1646. *coram* R.P.D. *Meltio*, quam videbis pro tua cautela; quia ibi agitur de processu facto per contradictas contra non citatum prima vice personaliter, nec per legitimum edictum, sed citato procuratore reuocato.

Nec Vicarius Episcopi, qui gerit vices Domini sui, vti faciunt Procuratores, potest sine speciali mandato reseruare, nec approbare, nec erigere Iuspatronatus. Casus reperitur decisus *in causa Nouarien. Iurispatronatus* 10. *Decembris* 1649. *coram* R.P.D. *Peutingerio*.

Nec minus potest sine speciali mandato admittere resignationes beneficij. Rota *in Sarsinaten. Parochialis* 27. *Martij* 1637. *coram Eminentiss. D. Cardinale Panzirolo*.

Etiam ad exigendum admittitur mandatum procuræ præsumptum, & in filio res transit absque multa difficultate, vt legitur *in in causa Auenionen. pecuniaria* 15. *Ianuarij* 1648. *coram* Reuerendiss. *D. Dunozetto*. Et tali casu admittuntur coniecturę quarum plures ibidem enumerantur, & est certum, quod in coniuncta persona faciliter mandarum præsumitur. Rota *in Perusina fideicommissi de Gratianis* 5. Maij 1625. *coram bon. mem. Remboldo*.

Si autem approbatur aliquis tanquàm Procurator per actus positiuos, non potest amplius impugnare, illum non esse talem: & hoc adeò verum est, vt si hoc faciat mulier, etiam sine solemnitatibus, nec ipsa possit se rettactare, & impugnare, casus legitur *in* Romana *subhastationis de Alexijs* 15. *Maij* 1648. *coram* R.P.D. *Cerro*.

Et quando procurator constitutus cum clausula *ad facien. quod sibi placet*, teneatur de negligentia, & dolo, est decisio *in Meleuitana redditionis rationis* 14. *Maij* 1649. *coram* Reuerendissimo D. *Dunozetto*.

Verùm non est omittendum, quod Magistri Domus locorum piorum sunt ad instar tutorum curatorum, & procuratorum, libereque possunt disponere vti specialiter deputati, & cum speciali mandato. Rota *in Romana pretii grani* 14. *Decembris* 1648. & 14. *Februar* 1648. *coram* R.P.D. *Meltio*.

Quoniam verò tàm mediante Procuratore, quàm ab ipso principali quotidie committuntur attentata, dicamus aliqua etiam de attentatis.

DE

DE ATTENTATIS

TTENTATA, de quibus loquemur, sunt ea, quę in dies solent in practica euenire: si enim peroptas in omnibus plenius edoceri, habes Lancellottum, qui de eis fusè tractauit. Igitur ad rem nostram.

Tu cautus esse debes, quòd quando causa fuit commissa cum facultate manutenendi quem de iure, Rota dixit, retrogesta non esse attentata; vt *in Romana Demorum de Cecchinis 14. Iunij 1647. coram R.P.D. Ottbobono*.

Quando autem à Signatura Iustitię commissa fuit causa appellationis simpliciter, tunc omnia retro gesta semper fuerunt declarata attentata. Rota *in Maceraten. attentatorum 26. Iunij 1648. coram R.P.D. Verospio*: in *Calaguritana beneficij de Logrogno 19. Februarij 1649. coram eodem*; in *Meleuitana bonorum 9. Decemb. 1647. coram bon. mem. Arguelles*; in *Meleuitana Commendæ de Vnoure 13. Maij 1650. coram* R.P.D. *Cerro*.

Secus, si est commissa cum clausula, *sine præiudicio legitimæ executionis*: tunc enim non dicuntur attentata, licet commissio contineat alia præter appellationem. Rota *in Anagnina iurisdictionis 4. Iulij 1646. coram* R. *P. D. Royas*.

Bene verum est, quod dicta clausula non impedit, quin Iudex ad quem possit reuocare executionem anteà factam, si est nulla, vel iniusta. Rota *in Lucana Canonicatus primo Februarij 1647. coram eodem*; & quod dictus Iudex ad quem possit illam reuocare tanquam attentatam, est decisio *in causa Romana prætensæ restitutionis dotis 27. Iunij 1650. coram R. P. D. Peutingerio*.

Quando autem causa committitur cum clausula *si quid exequendum*, vel alia simili, an retrogesta sint attentata vide discursum R. P. D. mei Andosillæ typis datum de anno 1649. vbi habes materiam iure pertractatum.

Et si quid fiat postquam fuit petitus recursus ad Signaturam, an dici possit attentatum, tunc debes producere cum distinctione. Aut fuit facta citatio pro obtinenda supersessoria, & actor procedit non expectato prius decreto Eminentissimi Cardinalis, vel eius Auditoris, vel illius reiectione; & tunc dicitur attentare, vt est *decis. Buratt. 134. numero 6.* Aut processit vltimis tribus diebus, nempè in ipsa die informationis, vel ipsa vigilia, vel ipsa die Signaturæ,

ante resolutionem; & pariter dicitur attentare. Rota *decisione 135 num. 4. parte prima recent.* Aut potius procedit postquam fuit petita supersessoria, & causa fuit remissa ad Sanctissimum sine supersessoria, illaque nec fuit obtenta ab eiusdem Sanctissimi Auditore: & si producitur, non dicitur attentari; quia simplex recursus ad Signaturam non causat attentata: Sic distinguendo procedit Rota *in Valentina Rectoria 3. Decembris* 1646. *coram* R. P. D. *Bichio*; quicquid ante dixerit Rota, quod pendente recursu ad Principem, nihil veniat innouandum, non habita prædicta consideratione, vt *in causa Romana Rom. ma.*, *seu Tiburtina Castrorum 4. Iulij* 1607. *coram bonæ mem. Marcomontio*.

Commissa etiam causa appellationis, si inhibitio illius vigore obtenta non fuit præsentata principali; sed procuratori in Curia, an causet attentata? Pro affirmatiua est decisio *in Pisana sepulturæ prima Iulij* 1650. *coram* R. P. D. *Bichio*.

Dic idem, si inhibitio Tribunalis superioris, vt puta Rotalis, fuit præsentata Iudici: Rota *in Suessana legati* 13. *Martij* 1647. *coram* R. P. D. *Ghisilerio*.

Et præsentatio inhibitionis causat attentata, etiam quod non fuerit præsentata à cursore, vel nuncio, vel apparitore, sed ab ipsa parte: dummodo faciat legitimè apparere de tali præsentatione, vel quòd deuenerit ad notitiam partis. Rota *in Cæsaraugustana distributionum, seù attentatorum*, 25. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro*.

Nec audebit aliquis Iudex inferior se ingerere in inhibitione Iudicis superioris. Rota *in Senogallien. bonorum* 14. *Aprilis* 1617. *coram bonæ memoriæ Remboldo*.

Et hac de causa Rota, pendente iudicio in suo Tribunali, acriter inuehit contra illum, qui pro eadem causa adiuit A. C. ad impedienda mandata Rotalia; vt est casus *in Cracouien. Præpositura S. Fabiani* 12. *Decembris* 1650. *coram R. P. D. meo Bichio*.

Inhibitio autem satis est, quod fuerit intimata parti aduersæ, nec est necesse quod reproducatur statim post inhibitionis præsentationem, si vis petere reuocationem attentatorum in spretum illius: sed satis est, quod reproducatur infra biennium: secus verò est dicendum, si vis petere reuocationem in spretum litis, quia si monitorium, vel inhibitio non fuerit reproducta, non potest dari de litis pendentia, & multo minus de reuocatione attentatorum. Rota *in Lucerien. attentatorum* 26. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. Cerro*.

Et

Et qui attentauit, adhuc debet reficere omnes expensas, & damna, etiam quod simus in extraiudicialibus. Rota *in Romana vineæ 9. Decembris* 1648. *coram R. P. D. Meltio*.

Regula, Qui continuat non attentat, habet locum, quando quis continuat per viam priuatæ facultatis: sed secus est, quando procedit per viam iudicialis facultatatis. Rota *in Bononien. bonorum 17. Martij 1649. coram R. P. D. Bichio*.

Sed an post appellationem ipse appellans possit aliquid innouare? Tu dices, quod non, quia ligat tam appellantem, quam appellatum; & idem operatur inhibitio Rota *in Ianuen. fructuum dotis 8. Februarij 1647. coram R. P. D. Cerro*.

Declara tamen, si agitur de inhibitione iudiciali concessa in causa litigiosa, & instructa: secus autem vbi agitur de simplici inhibitione, seu prouisione extraiudiciali habente duntaxat vim sequestri, quia hęc cum nullam inducat litem, non afficit obtinentem quin ipse possit aliquid in sui vtilitatem operari. Rota *ibid. coram R. P. D. meo Cerro*.

Idem dices, si fuit appellatum, & infra biennium appellans nihil fecit, & causa remansit deserta, quia tunc appellatus si quid operatur non attentat.

Insuper excluduntur attentata in diuersitate causæ; vt puta si pendet lis super realitate crediti, & altera partium facit aliquid super aliquo, quod non tangat dictam realitatem crediti, nec habet connexitatem, nec dependentiam cum lite, non arguitur de attentatis: casus est *in eadem decisione coram dicto R. P. D. meo Cerro*.

Ne autem erres, quia dixi supra, si agitur de simplici inhibitione, necesse est scias, quod dixi de inhibitione non inducente litem: quia si agitur de litem inducente, causat attentata, vt puta si inhibitio emanauit vigore commissionis super iactationibus; vt est casus *in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. Peutingerio*, vel si emanauit vigore appellationis; vt est casus *in Alexandrina Canonicatus 9. Decembris 1648. coram R. P. D. Cerro*.

Dixi, si emanauit vigore appellationis: intelligitur, si appellatio de iure debeatur; vt puta si fuit appellatum à sententia executoris misti. Rota *ibidem coram dicto* R. *P. D. meo Cerro*.

Mistus vero executor dicitur verbi gratia; dum in litteris adsunt clausulæ, dummodo tempore præsentium non sit alicui specialiter ius quęsitum, vel sine præiudicio alterius, quę alteri æquipollet, vel amoto exinde quolibet illicito detentore, vel alia simili,

vt

vt consideratur *in eadem Alexandrina Canonicatus superius enunciata*.

Sed caue, quod appellatio interposita extraiudicialiter non causabit attentata, nisi fuerit deducta ad notitiam partis aduersæ; tutius ages, si postquam appellasti, de tua appellatione interpellabis, seu eam deduces per intimationem ad notitiam partis aduersæ, licet sufficiat probare etiam quod deuenit ad illius notitiam, vt dicitur *in Reatina vicariæ* 28. *Iunij* 1647. *coram eodem* R. P. D. *meo Cerro*.

Iudicialiter autem interposita nec valeret, nisi in termino triginta dierum peteretur responsio apostolorum, qui non est necesse quod petantur in actu appellationis, dummodò non omittatur petitio infra dictum tempus, vt consideratur *in eadem decisione Reatina*.

In ista decisione obseruabis casum dignum notatu, & qui posset afferre magnam difficultatem; vbi quòd quis appellauit, & postea loco commissionis appellationis obtinuit commissionem super satisfactionibus, non fuit improbatum a Rota, sed dictum quod bene fecit; & stante clausula, *quam, & quas, tamen omnibus incidentibus*, Inhibitionem sustinuit, & dixit ob illius spretum constare de attentatis.

Et eris etiam cautus in formando tuas commissiones cum clausulis amplissimis, quia tali casu poteris illa vti, etiam contra non nominatos; & Rota de simili commissione habente clausulā, *omnes quorbilibet*, dixit quod quidem non nominatus, & cui fuerat præsentata inhibitio, commiserat attentata; vt *in Romana deuolutionis domus* 3. *Iulij* 1628. *coram bonæ memoriæ Merlino*, & alibi passim, vt consideratur *in dicta decisione Reatina vicariæ* 28. *Iunij* 1647. *coram dicto* R. P. D. *Cerro in fine*.

Rota autem, quando possessio est attentata, illam solet sequestrare. Rota *in Lucana Canonicatus prima Februarij* 1647. vbi etiam habes, quod hoc procedit, quando attentatis non fuit renunciatum, vt puta quando pariter pronunciari tantum in negocio principali.

Sed tu distinque: quod si datur talis patientia, & non appellatur, tunc intrat dicta renunciatio: sed secus quando fuit appellatum; & Rota ad tollendam disputationem, firmat, quod si attentata habent difficultatem quoad partem, tunc reuocantur officio iudicis. Sic dicit *dicta Lucana Canonicatus coram dicto* R. P. D. Roy, & melius declaratur *in causa Vvladislauien. Villa de Hoppenbruch*

quarta

quarta Iulij 1646. coram R. P. D. Cerro; vbi quod Abbas Pelplini non sibi prȩiudicauit permittendo discussionem negocij principalis vel super manutentione, qui reportauit sententiam fauorabilem; secus autem, dicit, fuisset dicendum, si succubuisset, & in casu succumbentiæ nisi appellasset, & permisisset sententiam abire in iudicatum; vt dicitur *in dicta Lucana Canonicatus coram* R. P. D. *Royas*. Tacitè enim, sicut & expresse renunciatur attentatis. Rota *in Taruisina feudi 9. Decembris 1624.* vbi etiam habes, quòd qui non petit reuocationem attentatorum coram Iudice læso, dicitur illis renunciare, & pro ista opinione affert Rotam *decisione 591. parte secunda recent*.

DE APOSTOLIS ET EORVM RESPONSIONE.

ESSENT aliqua dicenda de apostolorum responsione, sed quia de illis aliquid incidenter fuit dictum superius, ad pauca restringemus.

Quod de apostolis habes sermonem apud Vestr. *lib. 7. à numero 33. vsque ad 39. à 64. vsque ad 67. à 69. vsque ad 73.* ad quem te remitto.

Nec immerito videbis etiam Aureum Speculum D. Roberti Marantȩ *parte 6. numero 215.* & ad Speculat. *lib. 4. de apost. seu libell. dimissor. per tot. rubr.*

In practica enim hoc datur, quod apostoli reuerentiales deferunt appellationi, quando causa est appellabilis de sui natura; secus enim illam non reddant appellabilem, vt firmatum est supra; & ideò tunc committuntur attentata, quando causa est appellabilis.

Apostoli refutatorij reijciunt appellationem, & dantur in causa, in qua non admittitur appellatio, vt puta si agitur executiuè, vel quando appellatur à tertia sententia conformi, quȩ vlteriorem appellationem respuit. Declara tamen hoc procedere in Rota, vbi vnica commissio sufficit, vt infra.

Testimoniales verò nil aliud faciunt, quàm adhibere testimonium, fuisse interpositam appellationem, & isti non suspendunt executionem, vt quotidie practicatur in Rota, vbi si lata est tertia sententia, non est necessaria commissio executorialis, sed vigore trium expeditur mandatum; quod etiam fit, quando fuit ibi processum vigore obligationis Cameralis, seù alterius processus executiui, præuia commissione Signaturæ, cum facultatibus A.C. De quo non modo fuit edoctus ab experientia mea, verum sic me docuerunt Admodum Excellens D. Ioannes Baptista Ciofanus, & Illustrissimus & Reuerendissimus D. Honoratus de Honoratis Episcopus Vrbaniæ, & vlterius practicissimi Notarij illius sacri Tribunalis, Petrus Coruennius, Quirins Farina, Clearcus Buschus, Petrus Francisconius, & ante illos versatissimus Ioannes Macrinus, & alij plures amici mei.

DE SIGNATVRA.



LIQVA etiam de tanto Tribunali videntur differenda, ad hoc vt mihi satisfaciam, propter difficultates, quas practicando inueni.

De origine huius Signaturę habebis alios, qui materiam propalarunt.

Ego verò didici, quòd materiæ concernentes meram, & supremam authoritatem, spectant ad Signaturam Sanctissimi; vt puta tollere leges, statuta, & priuilegia clausa in corpore iuris; & de his habes auctorem Staphileum *de litteris iustitiæ cap. secundum est pro nunc, lib. 2. fol. mihi* 278. et Marchel *de commissi. auoc. cap.* 1. *num.* 15. *& parte prima cap.* 21. *num* 98. *fol.* 243.

Vlterius, quod reiecta commissio in Signatura Iustitiæ proponi non potest in Signatura Sanctissimi, non solum ob Bullam Pij Quarti *super reformatione*, sed etiam ob Bullam sanctæ memoriæ Pauli Quinti *Constit.* 71. *in Bullar nou. tom.* 3. *pag.* 393. vbi etiã videbis quod in causis Cameræ Apostolicæ Signatura Iustitiæ non rescribit. Ad hoc etiam videbis 65. *Constit.* Clement. VIII *pag.* 67. *in dicto bull. nou. tom.* 3.

An autem attendatur Signatura Eminentissimi Cardinalis Præfecti,

fecti, vel extensio Regentis? Dices quod attenditur Signatura Eminentissimi. Cassador. *decis. 7. de rescript.*

Et creditur eidem Cardinali dicenti, *Placet Sanctissimo Domino Nostro Papa*. Seraphinus *decisione 393. numero 6. & decisione 857. numero 13.*

Et Rota non solet refricare, nec in dubium reducere, rescriptum Signaturæ Iustitiæ, sed illud libenter sequi. Seraphin. *dicta decis. 857. numero 12.*

Et post resolutionem Signaturæ, nihil potest à partibus citra illam innouari. Marches. *de commiss. dicta. par. 2. tit. de auocat. caus. cap. 1. n. 57. in fine fol. 468.*

Quando autem fit aliquid contra recursum ad tantum Tribunal. dixi supra, quid possit euenire, *in tit. de attentat.*

Sed tu aduerte, quod commissio Signaturæ Iustitiæ non suffragatur, quando Papa manum apposuit & adest commissio illius manu signata. Seraphin. *decis. 1276. n. 3.*

Sed aliquando suffragari, & in quo casu possit Signatura Iustitiæ rescribere, videbis Seraphinum *decis.* 857. & Marches. *de commiss. titulo de Signatura gratiæ parte prima capite primo numero 36. post medium.*

Scies etiam, quod quoad Tribunalia priuilegiata, Signatura Iustitię non rescribit committendo, & contra priuilegia, sed benè rescribit iudicando, prout de iure an talia priuilegia intrent, & extendantur de vno ad alium casum, & de vna ad aliam personam quia hoc est munus Iustitiæ. Et ratio videtur clara, quia talis Signatura repræsentat ipsum Pontificem, qui prout de iure interpretatur, vtendo terminis Iustitiæ, & non gratiæ, *argument. text in l. falso C. de diuers. rescript.*

Inter priuilegiatos quoque Cardinalis Prefectus potest manu regia differentias terminare. In hoc habes reformationem san. mem. Pauli V. *tit. de Signat. Iustitiæ.*

Si vis autem scire plura, adibis Staphil. *de litteris Iustitiæ*, & Marches. qui plura de eodem Tribunali congessit.

Quando verò obtinebis rescriptum, scias, quod illud retrotrahitur ad diem decreti. Rota *in Bononien Bonorum* 17 *Martij* 1649. *coram R.P.D. Bichio*. Aliàs etiam Rota dixit, quod retrotrahitur ad diem appellationis; vt est casus *in Calaguritana beneficij* 17. *Februar.* 1648 *coram dicto* R. P. D. *meo Bichio*. Aliàs ad diem grauaminis; vt *in Auenionen. attentatorum* 10. *Iunij* 1648. *coram* R.P.D. *Celso*.

P 2 Supe-

Superius dixi, quod rescriptum, *Cum facultate manutenendi quem de iure*, dubitatur, an sit clausula suspensiua, & gesta post illud non causare attentata: modo autem, quia contrarium etiam vidi, quod scilicet dictum rescriptum sit suspensiuum, prout est etiam suspensiuum, (*si quid exequendum*) dico, inquam, cum Rota, quod est clausula suspensiua, & quod transfert executionem: est enim casus in terminis *in causa Auenionen. attentatorum* 10. *Iun.* 1648. *coram R. P. D. Celso*.

Nec omittendus est casus, qui fortasse euenire potest in praxica, si quis peteret commissionem in Rota cum facultatibus Gubernatoris; quia hoc reperitur factum *in causa Auximana fideicommissi* 25. *Iunij* 1632. *coram R. P. D. meo Verospio*.

Si quis autem obtineat rescriptum cum clausula, *Parito Breui*, non potest ex ea prætendere fructus nisi de eis in commissione fuerit facta mentio specialis: est casus *in decis. Aretina Plebaniæ* 3. *Ianuarij* 1623. *coram bonæ memoriæ Remboldo*.

Et si vnquam euenerit casus, quod aliquis det de subreptione commissionis? Tu dices, quod in curia non datur; quia aditus ad Principem facillimè communicatur. Rota *in Camerinen. expensarum* 9. *Iunij* 1625. *coram dicto bonæ mem. Remboldo*.

Hoc sacrum Tribunal hodie regitur summa cum vigilantia, & integritate ab Eminentissimo & Reuerendissimo Domino meo Cardinale Iulio Sacchetto eiusdem Signaturæ à fœlicis recordationis Vrbano Octauo Præfecto, & à Sanctissimo Piissimoque Domino Nostro fœlicissimè regnante Innocentio Papa Decimo confirmato, qui mediantibus doctissimis Viris in eadem Signatura votantibus Angelo Andosilla, Sfortia Ciscarino, Fœlice Contelorio, Vrbano Amadeo, Carolo Roberto, Iosepho Caetano, Iulio Cincio, Carolo Bonello, Octauiano Acquauiua, Carolo Paulutio, Marco Antonio Oddo, Ludouico Antonio Manfrono Prælatis Romanæ curiæ, illud fœliciter summa cum laude, & litigantium vtilitate gubernat.

Stilus illam congregandi solet esse de octo in octo dies, & stante aliquo impedimento differtur ad quindecim, seruantur in illa, quæ sunt disposita in supradicta constitutione Pauli Quinti super reformatione Tribunalium Vrbis edita, quæ est *Constitutio* 71. *in Bullar. nou. tom.* 3.

Pro bono regimine Tribunalis emanarunt ab eodem Eminentissimo, & à plena Signatura plura decreta, quæ quotidie inuiolabiliter obseruantur, & inter cætera:

Quod

Quod quando Signatura fit de octo in octo dies, illius Reuerendissimi Patres Referendarij non possunt proponere vltra duas commissiones, connumeratis dilatis in præteritis Signaturis; quando vero fiunt post octo dies, tunc licet cuique Referendario proponere vsque ad tres commissiones.

Seruatur etiam, quod nullus Procurator potest consignare commissionem aliquam, nec Referendario, nec Reuisori, nisi illa ante omnia fuerit signata nomine & manu ipsius Procuratoris.

Minusuè qui porrigit commissionem, potest distribuere informationem pro Signatura, nisi sub designatione partium fuerit appositum Proponam, manu Referendarii Ponentis describendum.

Hoc tamen practicatur, quod illud apponitur duntaxat in Informatione danda Eminentissimo, & in reliquis, quod rescribantur eadem verba originalia Prælati per hæc verba, *Proponam die Iouis, quæ erit dies talis mensis, talis anni in primo turno*, vel *secundo*, aut *tertio* prout placebit D. Ponenti, & deinde subscribere, vt puta *A. Roccius*.

Si autem forte aliquis Procurator ausus fuerit illud ex se describere, & postea commissio non proponatur; tunc talis Procurator condemnatur arbitrio Eminentissimi Præfecti ad refectionem expensarum alteri parti; preter alias pœnas eiusdem arbitrio infligendas.

Adest etiam aliud decretum, quod si plures commissiones vltra numerum destinatum aliquis Prelatus proponere velit, nullatenus DD. Votantes eas videre teneãtur, & nõ signatę manu propria Domini Ponentis; vel si vltra numerum afferuntur, nulla de eius ratio habetur, & reijciuntur ac si ad Signaturam non fuissent deductæ. Si autem reperiuntur plures causæ signatę à D. Ponente sub eodem turno; tunc si ille excessit in numero, nulla ex eis videtur à DD. Votantibus.

Cauent etiam DD. Referendarij acceptare commissiones, quas non intendunt proponere, & tali casu cauent etiam in faciendo aliquam fidem ad effectum obtinendi alicui parti supersessoriam. Nec Referendarius potest accusari tanquam suspectus, nisi causa expressa, & approbata ab Eminentiss. Præfecto.

Si pars legitime citata fuit die Iouis ante Signaturam, & fuit intimata die Sabbati, si non informat die Martis, non solet obtinere nouam audientiam, nisi solutis scutis quatuor pro expensis parti reficiendis: & idem solet seruari, si informauit, & succubuit, & petit, & obtinet nouam audientiam.

Et aduerte, quod ista noua audientia conceditur pręuia citatione partis ab ipso Eminentissimo, vel D. eius Auditore, & citatio solet esse huiusmodi: *Ad videndum concedi licentiam redeundi ad Signaturam, & sibi inhiberi ad statim, seu ad primam diem, & in terim quandocumque, ne audeat aliquid innouare sub pœnis attentatorum, & alijs arbitrio Domini.* Et vigore istius citationis solet obtinere decretum, *Facto deposito scutorum quatuor, & reproposita causa per eundem Prælatum, impartitus fuit licentiam redeundi ad Signaturam, cum intimatione, omni, &c.*

Vlterius Signatura concedit supersessoriam adeunti Signaturam ab origine diei Martis vsque, & per horam post meridiem diei Iouis sequentis, & per horam post meridiem; & si quis ausus est vnquam contrauenire, Eminentissimus Præfectus acriter inuectus est contra attentantem, & cum reuocatione gestorum, & mediantibus alijs pœnis arbitrio eius inflictis.

Minus consueuit concedi aliquod Nihil transeat, vel Retineatur, pro impediendis commissionibus, sine expressa causa; & si commissio, non obstante dicto Nihil transeat, forte fuerit incapsata, tunc mandatur lacerari irremissibiliter.

Idem consueuit euenire illis, qui obtinuerunt ab Eminentia sua aliquam supersessoriam, & deinde sub banca obtinent commissionem: Quia Eminentissimus D. tali casu semper commissiones lacerari mandat, cum non sit ęquum, quod sub fide dictę supersessorię pars decipiatur.

In citationibus autem, quę dietim fiunt pro aliquo negocio corā D. Eminentissimo met vigore cuiusdam decreti, non arctat ad comparendum, nisi adsit expressa hora certa, & dies, pro qua citatur. Et est etiā alius stilus, quod stante impedimento eiusdem Eminentissimi, citationes coram ipso factę leguntur coram D. eius Auditore; & si effluxerit dies Audientiæ, tunc denuò citari debet.

Ordo autem informandi reperitur approbatus à laudabili consuetudine, quòd scilicet ille prius informet, qui prior posuit pedes ad solium primæ Ianuæ domus Domini informandi.

Hanc regulam tamen non seruant DD. Aduocatus, Procurator, & Substituti fiscales, qui informant pro fisco.

Et quando fuit proposita causa, & dilata eius resolutio, intelligitur *Ad primam, cum supersessoria*, licet Eminentissimus D. propter impedimenta Prælatorum soleat humanè agendo alias supersessorias impartiri.

Et quia reperti fuerant aliqui malitiosi litigantes, qui partes vexa-

vexabant continuis citationibus, & in termino non comparebant, vt nouas inducerent vexationes, de ordine eiusdem Eminentissimi inoleuit alter stilus, quòd citatus duabus vicibus, si citans non compareat, talis citatus, etiam quod tertia vice reiteretur citatio cum inhibitione ad statim, non tenetur seruare dictam inhibitionem, sed potest procedere ad vlteriora, sine incursu attentatorum.

Hoc tamen limitatur, quando talis supersessoria, vel inhibitio fuit subscripta ab Eminentissimo, vel D. eius Auditore.

Et est Tribunal huiusmodi tantæ authoritatis, vt si A.C. se ingerat in causa primæ instantiæ, soleat illi mandare, vt præuia reuocatione, & repositione à quocumque decreto, eas remittat ad suum ordinarium. Sic fecit multoties, & in specie *in causa Portuen.* proponente R.P.D. Crisconio 3. Iulij 1648. vt videre poteris ex libro rescriptorum Signaturæ, qui retinetur à dicto Eminentissimo D. meo Cardinali Sacchetto.

In hoc Tribunali non deciduntur causæ, sed instar Supremi Principis dantur rescripta in materijs iustitiæ: & talia rescripta, vt dixi, semper intelliguntur, prout de iure.

Et practici, & versati procuratores, quando causæ ibi proponuntur, in faciendis eorum informationibus non proponunt rem ab ouo, sed stricte narrant factum, de quo agitur: & deinde si sunt rei, exceptionem claram quoad possunt.

Quòd si actio est clara, & exceptio turbida, reijcitur Commissio, & petitio porrigentis.

Si actio est turbida, & exceptio clara, conceditur, & signatur Commissio, & petitio porrigentis.

Si actio est clara, & exceptio clara, & replicatio turbida, pariter signatur Commissio, & rescribitur pro porrigente.

Si verò actio clara, exceptio clara, replicatio clara, & duplicatio turbida, reijcitur Commissio.

Et cum huiusmodi stilo quotidie innumerabilia rescripta conceduntur, & reijciuntur, iuxta innatam Eminentissimi D. Præfecti, & DD. Votantium prudentiam, & integritatem

DE

DE SACRA ROTA ROMANA,

Et eius Illustriss. DD. Auditoribus.



QVALE sit istud sacrum Tribunal, dignosces potissimum ex qualitate Illustrissimorum & Reuerendissimorum Auditorum, qui, vt mandat san. mem. Martinus V. *con- stit.3.* S. 14. *pagina* 240. *in bullario nouo tom.*1. eliguntur ab vniuersis Mundi partibus inter omnes Doctores, & non sufficit, quòd sit vtriusque Iuris Doctor famosus, & quod post doctoratum per triennium publicè legerit, & nec sufficit quòd sit commendatus de vitæ, ac morum honestate, alijsque virtutibus; verum additur, quod non admittitur, nisi præuia rigorosa Inquisitione, & nisi publicè sustinuerit coram Collegio Eminentissimorum Cardinalium, & alijs Illustrissimis Coauditoribus, & Consistorialibus Aduocatis, ac omnibus Prælatis, & vno verbo coram vniuersa Curia Romana, disputationes publicas, & demum alias secretas coram Illustrissimis DD. Coauditoribus, adeo vt per necesse dicantur insignissimi.

Et propter continuos labores, Apostolica Sedes illos fecit immunes à recitatione horarum, & impartita est Indulgentias Stationum Vrbis, eorum propriam Cappellam visitando domi; vt in Constitutione fel. record. Clementis VII. *Constit.*13. S. 7. & 8. *pag.*485. *dicto bullar. nou. tom.*1. Gaudent etiam omnibus priuilegiis, & gratiis Illustrissimorum Referendariorum & habent alia priuilegia, de quibus in Constitutione 12. Pauli III. *pag.*525. *dicto tom.*1.

Si venerit casus, quod inter easdem personas fuerit commissa causa super eadem re diuersis Auditoribus, ille erit Iudex cui primò præsentata fuerit Commissio Martinus V. Sanctissimus Pontifex *Constit.*5. S. 4. *fol.*243. *dicto tom.*1.

Nullus se ingerit in dandis votis in causis familiarium suorum, neque

neque in caufis confanguineorum vfque ad fecundum gradum: fic difpofuit fan. mem. Paulus V. *Conftit.* 71. §. 15. *fol.* 196. *in Bullario nouo tom.* 3.

Caufas ad Cancellariam pro fola partium importunitate nunquàm remittunt, nifi de expreffa licentia Papę, iuftis de caufis deductis, & approbatis in plena Rota ex difpofitis à Sanctiffimo Papa Pio IV. *Conftit.* 44. §. 15. *fol.* 44 *bullar. nou. tom.* 2.

Nunquàm pronunciant diffinitiuam fententiam, nec minus interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, nifi caufa in Rota propofita, et habitis votis Coauditorum: poffunt tamen id facere de expreffo partium confenfu in actis præftito: idemque dices in aliis quibufcumque præiudicialibus decretis, ex vi *dicta Conftitutionis* §. 4.

Proferuato in dicto Tribunali durat per 15. dies; in vltima verò andientia ante ferias durat per menfem.

Contenti funt etiam vnica commifsione ab initio vfque ad finem caufę ad inftar ordinariorum, et ideo vigore eiufdem commifsionis poffunt pręfigere terminum *ad docen. de attentatis, de nullitatibus, & de caufis reftitutionis in integrum*, et ad expeditionem caufę deuenire, decernere remifforias, dilationes concedere, et liquidationes fructuum ad partes delegare ex vi eiufdem Conftitutionis §. 2.

Dant copias decifionum partibus petentibus, ex vi Conftitutionis §. 8. Sunt incorruptibiles in ingerendo fe in diftributione caufarum erga Amicos, Procuratores, et Aduocatos, et ftudent fummopęre, ne quid fiat contra ius, contra ftilum, et contra decifiones antiquas. Bene verum eft, quod maxima ratione ducti, et non fine votis omnium, aut duarum illorum partium quandoque æquitatem amplectuntur ad maximam litigantium vtilitatem, fic moniti ab eadem Conftitutione *à* §. 10. *vfque ad* 13.

Non attendunt alias nullitates, quàm iurifdictionis, citationis, et mandati, et caufas criminales nullo modo cognofcere volunt, fed illas relinquunt iudicibus ordinariis; fic fuadente eadem Conftitutione §. 16.

Sedent noftris temporibus bis tantum in hebdomada vt putà die Lunę, et die Veneris, et fi aliqua iftarum dies eft impedita, loco illius fedent die Mercurij.

Quando autem impediti reperiuntur omnes ifti dies fit Rota in die Iouis, vel in die Sabbathi, fi dies Iouis eft feriata, & vocatur Martiniana, à nomine Pontificis, qui talem prouifionem

demandauit, vt in Constitutione Martini V. *Constit.* 5. §. 31. *fol.* 244. *in dicto bullar nou. tom.* 1.

Semel in anno fit in Vigilia Venerabilis semper solemnitatis Sanctissimi Corporis D.N. Iesu Christi, ex iussu sanct mem. Vrbani VIII. & ab eo nuncupatur Vrbana, credo factum, ne Patres, qui ex debito interuenire debent tantæ solemnitati, à studijs causarum decidendarum distrahantur.

Modus proponendi causas fuit indictus à fel. record. Ioanne XXII. §. 9. *fol.* 178. *bullar. nou. tom.* 1. vbi quod prior proponit Illustrissimus Decanus, & deinde alij secundum gradum receptionis ipsorum.

Vota quoque quatuor correspon salium quisque recipit iuxtà ordinem, illaque secreta retinent, & ex eis decisiones extendunt, illasque postea partibus, vt supra communicant iuxta stilum. De his loquitur dicta Constitutio 14. Ioannis XXII. ad quam te remitto.

Innocentius quoque Octauus ædidit Constitutionem 13. *fol.* 340 *in bullar. nou. tom.* 1. vbi habes, quod Auditor, cui prius commissio præsentata fuit, ille remaneat iudex eiusdem causæ; vt *ibidem* §. 1.

Concedit quoque reiterationem terminorum substantialium nulliter, malè, vel inculcatè seruatorum, ad euitandas nullitates, & finem litibus celerius imponendum.

Procedunt quoque simul super articulo grauaminis, & negocio principali insimul omisso articulo appellationis.

Fatalia etiam in causis prorogant, & de nouo concedunt.

Et si prima, vel secunda sententia detegitur nulla ex inordinato processu, vel ex eo, quia non fuit præstitum iuramentum super perhorrescentia, dummodò illud præstetur posteà quandocumque in quacumque parte iudicij solent confirmare, vel infirmare, refectis tamen expensis.

Sequestra quoque solent decernere, præuia disputatione.

Quando autem contingit obitus Decani, talis Decanatus confertur antiquiori Auditori præsenti in Curia, vel absenti ex causa Reipublicæ: sic disponit fel. record. Pius IV. *Constit.* 61. *fol.* 67. *in bullar. nou. tom.* 2.

Auditoratus vero nunquam solet vacare aliter, quàm per obitum Auditoris, vel per eius promotionem ad Ecclesiam Cathedralem, vt in *Constitutione* 6. §. 1. Innocentij VIII. *pag.* 335. *in bullar. nou. tom.* 1.

Nec

Nec admittit ad scribendum, & patrocinandum alios procuratores, nisi illos, qui in litteratura, industria, & stylo Curiæ examinati, atque habita debita informatione de moribus, fidelitate, & honesta conuersatione reperti fuerint idonei, & per sacrum Tribunal per eius patentes litteras admissi ex vi *Constitutionis* 5. fel. record. Martini V. §.14. *fol.*243. *in dicto bullar. nou. tom.*1. vbi etiam §.15. idem Pontifex acriter inuehitur contra procuratores vtentes iniurijs, contumeliosis verbis, & malo modo loquendi, formidabiles pœnas illis promittendo, vt illis punitis cæteri à similibus arceantur.

Si verò desideras videre formulam dd. litterarum, videbis eas compositas in simplicitate cordis. Has ego obtinui præuio rigoroso, & improuiso examine, in quo interuenerunt Reuerendissimus bon. mem. Coccinus tunc Sac. Rotæ Decanus, R. P. D. b.m. Merlinus eiusdem Sac. Palatij Auditor, & vlterius bon. mem. Virgilius Vespignanus, bonæ memoriæ Stephanus Campidorus, & Perillustr. & admodum Excellens D. meus Hieronymus Bettuccius primarii procuratores de Collegio Curialium Vrbis, & qualitatibus à sanct. memor. Martino V. summoperè requisitis ornati.

Tenor litterarum est huiusmodi. *Die Veneris* 15. *Februarij* 1636. *fuit approbatus D. Camillus Cappuccius Aesinus. Io. Baptista Coccinus* Rota *Decanus. Locus sigilli eiusdem D. Decani.* Et admodum Excellens D. Franciscus Ciminus hodie doctissimus Aduocatus, tunc Auditor eiusdem Decani, iustus fuit illarum omnibus distributor.

Videbis etiam in eadem Constitutione §. 19. 20. *& seqq.* modum seruandi terminos substantiales, & procedendi in causis in eodem Tribunali.

Scias etiam, quòd hoc Tribunal est adeò eximium, vt eo loquente cætera Tribunalia obmutescant, vt nos certiores facit Mandos. *de commiss. tit. de monit. quæst.* 27. *num.*6.

Et quòd sententia lata contra decisiones illius nihil valeat. Gabr. *conclus.*7. *numer.*22. *de sent.* & dicit Mascard. *conclus.*474. *numer.*2.

Et non cognoscit causas inferiores valoris scutorum quingentorum, Marches. *de commiss. par.*1. *cap.*5. *fol.*54 *num.*93. & dicit idem Innocent. *Constitutione* 8. §.3. *dicto fol.*340. *in dicto bullar. nou. tomo* 1.

Sunt etiam Rotales omnes causæ beneficiales. Marches. de

commiss. auocat. caus. cap. 1. *num.* 6. Et ratio est, quia sunt inæstimabilis valoris. Lancellott. *de attentat. lit. penden. in præfat. numer.* 323.

Sententias verò aliorum Tribunalium nunquam exequitur, nisi cognito de meritis,& iustitia illarum. Guidopap. *decis.* 215. *&* 368. & Rota *decis.* 165. *par.* 1. *in nou.* Boccacc. *de censib. par,* 2. *num.* 174. præcipuè quando agitur de sententia de partibus; Mohedan. *decis.* 318 Put. *decis.* 204. *lib.* 1. Rot. *in Salamantina censurarum* 29. *Nouembr* 1594. *coram Cardinale Seraphino.*

Et quando agitur de executione rei iudicatæ alterius Tribunalis, non requirit transportationem actorum, dummodò exhibeantur iura, in quibus fundatur iustitia sententiæ. Rot. *Eugubina Prædij* 11. *Februarij* 1650. *coram R.P.D. Cerro.*

Et quia habent iurisdictionem ordinariam, glos. *in. Clement. Auditor. de rescript.* Cassador. *decis.* 5 *eod. tit.* Caputaquen. *dec.* 287. *de rescript. in* 6. Vant. *de nullit. ex defectu iurisdictionis delegat. numer.* 6. licet in sententiando illam habeant delegatam, dicuntur Iudices ordinarii in procedendo, Mohedan. *decis.* 7. *num.* 2. *de testib.*

Et possunt conferre beneficia loco Papæ. *d. Clement. Auditor, de rescript.* vbi Innocent. *num.* 5. *&* 18. Zabarell. *post glos. d. Clement. num.* 14. *verb. poterit, de rescript.* & Vitalin. *num.* 15. Potest confirmare electionem factam loco Ordinarii. Vitalin. *vbi supra n.* 46. & Zabarell. *num.* 12. Et ligat manus Ordinarii, qui pendente lite in Rota non potest prouidere. Vitalin. *ibidem. num.* 29.

Procedunt, & iudicant etiam de bono, & æquo, rigore iuris omisso. Auignonen. *decisione* 34. *num.* 4. earumque decisiones sunt magnæ authoritatis, Mascard. *conclus.* 484. *num.* 4. Lancellott. *de attent. post Inhibit. limit.* 1. *num.* 2. & dixit Rota *decis.* 12. *numer.* 2. *par.* 2. *diuers.*

Et ille, qui habet decisionem pro se, dicitur habere bonum ius ex parte sua, & constare de eius bono iure. Rota *in Venetiarum pecuniaria* 17. *Iunij* 1605. *coram bon. mem. Penia circa princip.* & *in Romana Societatis* 22. *Iunij* 1611. *coram S. D. N. Innocentio Decimo.*

Si verò contingat duas adesse decisiones contrarias, vltima est seruanda. Mascard. *conclus.* 484 *in fine.*

Et in rebus dubijs dictæ decisiones ab alijs iudicibus semper sequendę sunt. Honded. *consil.* 66. *numer.* 10. *lib.* 2. quia (vt inquit Vant. *tit. ex defect. iurisdict. Ordinar. num.* 17.) tales decisiones

tan-

tanquam ab vberrimo fonte Iuris vtriusque emanatæ vbique gentium tanquam stellæ in firmamento coruscant, suntque præcipuum iustitiæ iubar, ac totius Romanæ Curiæ splendor.

Et sententiæ Rotales comprehendunt omnia, de quibus fuit dispositum in decisionibus antea emanatis; vt est casus *in Meleuitana antianitatis* 4. *Iulij* 1646. *coram* R.P.D. *meo Verepio*.

An autem in beneficialibus detur sequestrum contra habentem sententiam fauorabilem, est decisio *in Meleuitana Commenda de Vaours* 13. *Maij* 1650. *coram* R.P.D. *Cerro*.

Si vero partes sint negligentes in expediendo causas per decennium, & postea petent executionem, de stilo Rotæ est, quod causa non expediatur nisi reuideatur decisio: est casus in vna *Nullius seù Bargen. iuris visitandi* 14. *Iunij* 1647. *coram* R.P.D. *Royas*.

Post tres conformes in causis de partibus, & vltrà montes, solent dari litteræ executoriales; vt *in causa Tarraconen. primitiarum* 24 *Ianuarij* 1639. *coram* Reuerendissimo D. *Dunozetto* Decano. Sed non ideò, si concedit mandatum executiuum, potest dari de nullitate mandati, si illud relaxatur extra statum; vt dicitur *in dicta decis. in fine*, adducendo pro ista opinione Ludouis. *decis.*43.

Quando autem conceduntur dictæ executoriales extra statum vigore trium conformium, non potest illarum vigore capi aliqua possessio: sed postquam fuerunt executæ, debent reproduci in Rota ad effectum seruandi quatuor terminos, *ad docendum de paritione primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta*, ad effectum obtinendi declaratorias; quia secus posset dari de attentatis. Rota *in eadem Tarraconen. primitiarum* 16. *Nouembris* 1639 *coram* Reuerendissimo D. *Dunozetto Decano*.

Et ratio est, quia tales litteræ habent solum vim monitorij, vt quid soluat, vel aliquid faciat, sed non continent præcisam comminationem: quod non est dicendum de mandato executiuo, quod præcisè compellit ad soluendum illico per bonorum ablationem, eorumque subhastationem, & deliberationem; illis verò non extantibus, per capturam ipsius debitoris.

Et licet, vt dixi, non soleat concedi mandatum executiuum, neque pro expensis, sed loco illius fuerint datæ aliquando executoriales, vt in casu *decisionis* 596. *num.*3. *vers. vltrà quod par.*3. *recent.* non ideò Rota, vt supra, malè facit, vel nulliter procedit, si dat mandatum executiuum loco executorialium. Ludouis. *dicta decis.*43 cui *in dicta Tarraconen. primitiarum* 16. *Nouembris* additur Cassad. *decis.*6. *num.*11. *vers. nisi loco executorialium*.

Nec

Nec quando pars dolosè latitat, est necesse quòd dictæ litteræ intimentur personaliter, quia ex causa talis doli sufficit intimatio illarum facta alicui ex affinibus, ac domi intimandi, & per edictum ad valuas Ecclesiarum: & latitatio dolosa, & malitiosa probatur ex diligentijs nuncij, seù apparitoris in patria latitantis, & in domibus proprijs ipsius, & affinium; vt est casus *in Pampilonen. decimarum de Verassegui 12. Iunij 1649. coram bon. memor. Arguelles*.

Securior via est intimatio personaliter; vt *in causa Tarraconen. primitiarum 26. Iunij 1645. coram Reuerendissimo Domino meo Decano*.

Si autem non præsentetur à cursore, mandatario, vel nuncio, nil releuat, quia satis est, quod præsentetur à Procuratore obtinentis coram Notario, & testibus. Et adducitur ratio, quia tota vis citationis consistit in notitia, & certa scientia citati: & ratio rationis est, quia si constat, citatum habuisse scientiam citationis, sanatur omnis defectus, & arctatur citatus perinde ac si citatio legitimè fuisset executa. Rota *in Cæsaraugustana distributionum, seù attentatorum 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro*.

Et huiusmodi stilo, quod executoriales reproducantur in Rota, licèt Iudicicibus delegatis in illis detur facultas declarandi, & denunciandi, & quod hoc supremum Tribunal tantum procedat ad vlteriorem executionem, præter Vestr. *lib. 8. capit vltimo num. 16.* & Rot. *in Tridentina matrimonij 11. Martij 1610. coram R. P. D. Albergato*, fuerat etiam antea dictum hoc idem *in Vicen. Prioratus 19. Martij coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Decimo*, tunc eiusdem Auditore, quę est impressa *post 2. vol. cons. Farinacc. decis. 283. n. 1. & 2.*

Et quia sæpius remissoriæ conceduntur, non inutile mihi videtur registrare tibi Instructionem, quam misi pro executione remissoriæ Abbati Leonardo RembousKi occasione, cuiusdam causæ *Vladislauien Villa de Hoppembruch*, cui sum Patronus in eodem sac. Tribunali, *coram R. P. D. Cerro*.

Tenor Instructionis, de qua supra, legitur infrà.

I N-

INSTRVCTIO

RRO EXEQVENDA Remissoria in partibus.

REVERENDSSIME DOMINE MI ABBAS PELFLINEN.



AMILLVS seruus tuus, vt facilius consequaris quietem quam peroptas in omni futuro tempore pro monasterio tuo, & testes in processu remissoriali examinandi examinandi facilius fundent intentionem tuam, instante P. Georgio Thein diligentissimo, quem Romam misisti, hęc pauca animaduertenda cogitauit in specie pro executione remissoriæ.

Litteras, quas in pergameno recipies per tuum Plenipotentiarium, curabis præsentari alicui ex Iudicibus in eisdem subdelegatis, & tamen cui magis confidis, modo, & forma, quo transmittuntur, & instrues Plenipotentiarium, quatenus se pręsentet coram tali Iudice, litteras huiusmodi exhibeat, & ab eodem petat quod velit acceptare iurisdictionem delegatam, ac etiam ad taliu remissorialium executionem procedat. Quatenus vero talis Iudex iurisdictionem, & litteras nollet acceptare, tunc Procurator tuus debebit protestari de pœnis inflictis, & infligendis illis, qui Apostolicas delegationes contemnunt acceptare. Quod tamen non puto euenturum, quia Abbas Oliuetanus, aut alter Carthusianorum Prior, de quorum integritate infinita audiuj à dicto P. Georgio, Apostolicis admonitionibus facillimè obedient. His peractis procedet talis procurator ad vlteriorem instantiam, quatenus acceptata iurisdictione talis Iudex decernat infrascriptam citationem contra Episcopum, vel eius Promotorem fiscalem, quem ibi Instigatorem appellatis, videlicet.

Citetur N. ad videndum reproduci litteras remissoriales, & instrumentum illarum, & dicendum contra eas, nec non videndum mandari procedi iuxta illarum tenorem, & formam, & in earundem executione videndum deputari dies, & horas, & locum audientiæ, nominarique Notarium, & cursorem, siue nuntium. Nec non ad videndum fieri omnes, & singulos alios actus necessarios, & opportunos pro dictarum

rum remissorialium executione, cum comminatione, quod siuè comparuerit, siue non comparuerit, nihilhominus dictus D. Iudex procedet ad debitam executionem dictarum remissorialium, ipsius citati præsentia, vel contumacia non obstante, iuxta formam ipsarum remissorialium.

Et in hoc aduertatur, quod huiusmodi citatio est facienda cum insertione subdelegationis remissoriç, & est intimanda parti aduersç, vel eius Procuratori personaliter, si tamen fuerit prçsens in loco deputato à sacra Rota pro executione dictarum litterarum. Sin autem non est prçsens, erit exequenda per affixionem ad valuas maioris Ecclesiç dicti loci, vel aliàs, iuxta normam datam in dictis litteris; & si pars comparet, est in posterum citanda personaliter in omnibus & singulis actis: si vero non comparet, erit nihilominus procedendum ad executionem illarum iuxta formã in illis datam, adeo vt si comparet, vt supra, semper est citandus; si non comparet, non est recedendum à forma prçfixa in dictis litteris, & in eorum defectum semper debet procedi iuxta formam Clementinç, *Causam, de electionibus*.

Executa huiusmodi citatione procurabitur, quod cursor referat talem executionem in calce, vel à tergo citationis: & citationem sic executam in termino prçfixo in actis reproducat, & accusata contumacia partis non comparentis, & reproductis litteris, procurator instabit, vt Iudex deputet Notarium, catholicum tamen, & publicum, & partibus non suspectum. Et quia Notarius potest allegari suspectus etiam sine causa, & absque causç expressione cum solito iuramento; ideo in euentum recusationis illius, si in vnico concordari non potest, tunc ad tollendas dilationes dictus D. Iudex procurabit, vt vnaquçque pars det notulam Notariorum, & si in eis nominatur vnus & idem, ille erit Notarius nemini suspectus. Si vero non concordant, tunc Iudex poterit vnum ex officio nominare. Et hoc casu erit facienda citatio *ad concordandum de Notario, dandum listam, sine notulam confidentium, & diffidentium; alias videndum per Dominum deputari, vel eligi ex officio*. Et est aduertendum, quod Iudex non satisfaceret suspicioni Notarij, dando illi adiunctum, qui suspectus posset reuelare dicta testium. Cursorem verò, seu nuncium, potest Iudex ad sui libitum nominare, & decretum, si stilus, & consuetudo istarum partium hoc patitur, posset in hunc modum procurari.

Relatione facta comparuit D. N. & petijt vt supra. Et ex tunc D. Iudex dictas litteras remissoriales debita cum reuerentia suscepit pro

pro illarum executione separatim obtulit, iuxta earundem tenorem, & formam deputauit pro diebus diem Lunæ, Mercurij, & Veneris, non tamen feriatos in honorem Dei: pro horis verò deputauit talem de mane vsque ad talem, & de serò talem vsque ad talem. Pro loco verò sua audientia deputauit monasterium sua residentiæ. Quo verò ad Notarium (in hoc si partes concordant, &c. Iudex dicet) *deputauit talem de consensu partium*; secus vero, talem *ex officio, & in cursorem, seù nuncium, elegit talem, & in reliquis mandauit procedi iuxta formam dictarum litterarum, omni meliori modo*. Et in hoc est aduertendum, quod ideo posui dies Lunę, Mercurij, & Veneris non feriatos, quia isti dies dumtaxat sunt de stilo Curiæ Romanæ iuridici in causis commissarijs, & de hoc delegatus debet sequi stilum, & consuetudinem Iudicis delegantis.

Hoc decretum debet parti intimari, vel personaliter, vel per affixionem, vt supra, nisi pars fortasse fuerit pręsens nā tunc non est intimanda. Bene verum est, quod tali casu in fine decreti supradicti erunt addenda verba *præsente tali ex aduerso Procuratore*: & de tali procura debet in actis constare; quia si de ea non constat, talia verba non ponuntur in fine decreti, & tunc intimatio supradicta est necessaria.

Executa tali intimatione debet adiri Iudex, & peti, & obtineri ab eo, vt decernat citationem infrascriptam *ad videndum committi iuramenta testium de veritate dicenda super articulis in remissoria expressis, nec non eosdem testes induci, & nominari, & inductos, & nominatos ad videndum iurare super articulis, & tota causa*. Et Iudex debet interloqui, verbi gratia, cum his verbis: *Relatione facta comparuit D. N. & petijt, & obtinuit, vt supra decerni citationem supradictam pro tali die*. Et intimata tali citatione eodem modo, quo supra, & illa in termino citationis reproducta, accusata contumacia partis aduersę Iudex per decretum expressum debebit cōmittere examen, & iuramenta testium cum intimatione facienda parti aduersę pro diebus, & horis certis intimandis, & in tali termino sunt inducendi testes nominatim., & postmodum illi debent iurare per tactum scripturarum in forma in manibus ipsius Iudicis remissorialis, & Notarius in isto actu debet facere testimonium, vt facilius intelligatur, per hęc verba.

Pro Reuerendissimo Abbate, &c. contra Illustrissimum Episcopum, seu, &c. D. N. *Procurator, &c. induxit in testes N. N. N. & N.* Deinde procedet ad iuramenta per alia verba in vnoquoque teste registranda, videlicet:

R *Pro*

Pro Reuerendissimo Abbate, &c. Contra, &c. D. N. *Testis inductus*, si est sæcularis, debet dicere; *Et ad delationem dicti* D. *Iudicis medio iuramento tactis, &c. iurauit de veritate dicenda super articulis, & tota causa*: si vero talis testis est Sacerdos, loco verborum *Medio iuramento tactis, &c.* debebit dicere, tacto *pectore more, &c.*

Aduertatur vlterius, quod supradictum decretum commissionis examinis, & iuramentorum, debet parti intimari, & lapsa prima die iuridica poterit intimari examen, quia iuramentum debet præcedere examen saltem vnica die iuridica. Et in actu examinis debebit Iudex iterum facere, quod Notarius reiteret iuramentum ipsius testis per hęc verba. *Testis inductus iuratus, prout infrà*. Si adsunt interrogatoria debet prius examinari iuxta illa, & deinde super articulis. Si pars aduersa non dabit interrogatoria, tunc satis erit examen super articulis.

Caueat tamen, quòd pro isto examine est necessaria intimatio pro diebus, & horis certis: verbi gratia. *Intimetur D. N. qualiter Testes examinabuntur die crastina cum quinque diebus sequentibus, de mane hora tali, & de sero hora tali*. Et examen debet incipi per horam in intimatione expressam, & intimatio debet reproduci, vt appareat examen legitimè factum.

Hoc examen vtile esset fieri per ipsummet Iudicem dictantem, & Notarium causæ deputatum scribentem ad fugiendos interpretes, si Iudex non est impeditus: quatenus vero iudex esset impeditus, tunc quęlibet pars si vult, consentiente tamen iudice, vti potest suo interprete, seu dictatore, cuius officium est assistere examini, & procurare quod Notarius scribat latino idiomate, seu etiã materno, quòd testes deponant cum verbis, quæ non alterent sensum depositionis ipsorum testium in minimo, quia tales depositiones debent fideliter registrari iuxta mentem, & voluntatem ipsorum testium. Si verò iudex vellet solus cum notario examinare, hoc esset vtilius, quia interpretes vt plurimum causant confusionem potius quam ordinem in deponendo.

Scias tamen, quod testes debent iurare in termino remissorię, & possunt examinari extra terminum in illa destinatum. Etenim dicta testium retrotrahuntur ad iuramenta pręstita in termino remissoriæ.

Quia verò nos volumus probare antiquam possessionem, & immemorabilem, opus est, quod testes nostri excedant omnes ętatē annorum 54. ante motam præsentem litem, scilicet, quia incipit de anno præterito, testes omnes debent excedere ętatem annorum 56.

rum 56. taliter quod testes, qui debent deponere de visu per quadraginta annos, quia lis, vt supra cœpta fuit anno præterito, vt dixi, debent excedere annos 56. quia ætas pupillaris 14. annorum quidquid videt ignorat. Et vlterius, tales testes debent reddere rationem eorum dicti, quia scilicet viderunt, & obseruarunt toto suo tempore, & quod non viderunt, neque audiuerunt aliquid in contrarium, quod tamen vidissent, & audiuissent, si tale contrarium extitisset, quia fuerunt incolæ Hoppembrugi toto dicto tempore, & viderunt, & fuerunt, & sunt informati de præmissis; & quod non potest esse minus propter tales rationes, quin ipsi vidissent, vel audiuissent contrarium, si contrarium fuisset: & quod de illis, de quibus deposuerunt, fuit, & est fama, & vox publica: quia sacra Rota vult ista requisita, vt intentio nostra concludenter probetur.

Præterea dicti testes ad probandum quadragenariam, seu etiam Immemorabilem, vel debent recensere verba præcisa articulorum, vel dicere a suo recordatu, quod est tot, vel tot annorum, & citra, ponendo semper istam copulam, & dictionem, *citra*, vt denotent tempus continuatum; egemus enim dictionibus, quę continuationem indicent, prout etiam sunt, semper, continuò, vel toto suo tempore vidit, & audiuit, vel alia verba similia; secus enim dictum illius intelligeretur de multis annis, & non concluderet necessariam continuationem.

Item debet deponere de actibus, quæ videt, & audierit, scilicet de articulatis, quia sic fuit actum, factum, & toto suo tempore, & tempore suorum maiorum obseruatum sciente, & patiente Episcopo Vladislauiæ, & eius Ministris, qui canonem annuum receperunt absque eo quod quidquam aliud habuerint in prætensione. Et hæc scientia videtur necessaria, quia sine ea non currit præscriptio.

Aduertendum est quoque, quod in examinandis testibus, vt articulata probentur, si testis dicat, articulum verum, est necesse, quod reddat causam scientiæ respectiuè in articulis per me datis ministratam, & quoad negatiuam videlicet, quod nihil fuit actum, aut gestum in contrarium, prout in articulis; caueat Procurator tuus, vt Iudex sit diligens super ista negatiua, quia debet coarctari, puta quod non vidit, nec audiuit quidquam in contrarium, & quod si fuissent, non posset esse minus, quin testis sciuisset, vidisset, vel audiuisset, propter continuam habitatio-

nem, quam habuit in Hoppembruch, vel propter aliam similem rationem.

Si vero testis est de fama, aduertatur, quod debet deponere per verba, *Fuit*, *& est*: videlicet, quod de illis, de quibus deponit, fuit, & est publica vox, & fama: quia fama, quæ prouenit post litem, non est releuans, cum testis potuerit habere notitiam de præmissis post litem motam. Et quæso procuretur, vt testes deponant iuxta seriem articulorum, quia si iuxta illorum seriem non deponent, errabimus, prout neque errabimus, si per alia similia verba idem in substantia exprimatur.

Rogo etiam vt testes non confusim iurent, nec secundus examinetur, nisi primo teste completo, vt confusionem fugiamus.

Reliqueram quæ serio ab initio debebam deduxisse pro instructione totius processus in substantia, licet non in ordine, videlicet.

Quod testes debent iurare, & examinari loco præfixo, & destinato à Reuerendissimo D. nostro Otthobono hic in curia Romanà: secus enim examen esset nullum, scilicet in eadem Ciuitate, seu loco nominato in litteris, ne nullitatis disputationem incurramus. Ista tamen consideratio non intrat; si sunt examinandi testes à loco concordato absentes, qui tanquam valetudinarij, seu senes, seu etiam honestæ mulieres, vel etiam aliàs legitimè impediti ad accedendum ad locum concordatum, vel destinatum, possunt examinari, & iurare etiam extra illum, & in loco vbi ipsi commorantur: & tunc Iudex remissorialis tenetur ibi accedere ad illos iurandos, & examinandos, vel saltem Notarium mittere.

Sed aduertatur, quod de istis impedimentis debet constare per depositiones testium, vel per productionem aliarum legitimarum probationum de prædicta valetudine, siue senectute, aliove legitimo impedimento testium; & si de sene potest exhiberi fides Baptismi, quæ probat ętatem, & sic de singulis: & istę probationes debent redigi pœnes acta processus remissorialis; & si est possibile, etiam antequàm Iudex recedat à loco examinis.

Est quoque animaduertendum in genere pro executione remissorialium, quod quando in illis sunt dati plures Iudices, si alter, postquam fuerunt sibi pręsentatę litterę, refutauerit onus iurisdictionis, vel cogatur abesse, vel illarum executioni impeditus sit assistere, si non adest clausula *in solidum*, & alia subsequens, *quod executio incępta coram vno possit prosequi coram alio*; tunc alter solus poterit procedere. Sed tunc antequam alter solus procedat, debet prius constare in actis remissorialibus, vel per testes, vel a-

lias

lias legitimas probationes de tali intimatione, & renitentia, vel refutatione, vel absentia, vel impedimento dicti Iudicis. Et in hac contingentia experti sumus in hoc sacro Tribunali, magni fuisse factum, si Iudex recusans, aut impeditus, vices suas durante impedimento vel absentia cedat alteri Coniudici.

Maxime etiam est procurandum, quod iuramenta testium recipiantur per Iudicem, aut Iudices remissoriales, qui sunt delegati à Sacra Rota, nec isti possunt receptionem iuramentorum alijs delegare; alias enim si Notarius iuramenta reciperet absque presentia, & delatione ipsius Iudicis, iuramentum esset nullum, & eorum depositiones irritarentur, nihilque probarent. Et propterea Tribunalis consuetudo fuit semper, quod Iudex debet deferre testi iuramentum de dicenda veritate super articulis, & tota causa; & tale iuramentum ab illis recipere coram Notario rogante, qui de hoc attestetur dicendo: *Talis testis ad delationem Iudicis, siue Iudicum remissorialium, tactis scripturis, &c. iurauit de veritate dicenda.* Si enim Notarius non diceret, *tactis scripturis, &c.* iuramentum non valeret, & processus irritaretur.

Examinatis testibus pro parte Dominationis Vestrę Reuerendissimæ, & elapso termino probatorio pręfixo in litteris subscriptio sciendum est, quod pars aduersa poterit testes examinatos reprobare; scilicet, dare exceptiones contra personas ipsorum testium videlicet, quod sint homicidę, periuri, publici concubinarij, & contra illos alias similes exceptiones opponere, quę ipsorum fidem debilitant, & illas per testes coram eodem Iudice probare intra terminum pręfixum in instrumento remissorię ad reprobandum. Et si hoc euenerit, poterit Reuerendissimus D. meus Abbas procurare, vt contra similes testes partis aduersę dentur interrogatoria, quorum ope debet, & exceptio talium testium, & veritas eorum, quę sciunt sciscitari: & caueat semper, quod dictis testis reddat causam scientię sui dicti totidem, donec dicat nescire per aliam causam.

Elapso termino ad reprobandum, Procurator tuus instabit coram Iudice, decerni citationem ad videndum transumptari processum in publicam, & authenticam formam omnium, & singulorum actorum factorum coram ipso, & depositione ipsorum, & ad videndum illum collationari, & interponi decretum, & authoritatem iudicialem, & faciendum fidem de fidelitate, & legalitate Notarij, vel Notariorum de dictis actibus, & depositionibus rogati

gati: & obtenta tali authoritate, pars aduersa modo, quo supra citabitur, prout infra.

Citetur N. ex aduerso principalis ad videndum collationari, claudi, ac sigillari instrumentum actorum, & depositionis testium, illudque collationatum, & clausum consignari Portitori ad p.d. Et citatione executa, ac præsentata, procurator prima die iuridica comparebit coram Iudice; & accusabit contumaciam alterius partis, & petet collationari, claudi, & sigillari instrumentum actorum, & depositionis testium, illudque collationatum, & clausum consignari Portitori, & interponi authoritatem, & decretum iudiciale; & faciat fidem de fidelitate, & legalitate Notarij de actibus rogatis. Et Iudex faciet decretum, *Ex tunc D. præmissa concessit, & impartitus fuit, & decreuit, vt supra, nisi ad primam diem iuridicam cum intimatione.*

Tale decretum modo, quo supra debebit intimari; & facta intimatione, Iudex aut Notarius illud instrumentum, seu transumptum processus collationabunt, seu concordabunt, & auscultabunt cum ipsomet primo originali; & Notarius de tali collatione, & auscultatione faciet actum distinctum, ponendo diem, mensem, & annum; & testes pro robore eius legalitatis, & de illa faciet etiam testimonium in sua subscriptione in forma publica cum eius signo, & subsequenti legalitate subscripta ab ipso Iudice; & cum signo eiusdem Iudicis, & si potest fieri etiam cum alia legalitate alicuius vniuersitatis, seu Episcopi; & deinde processus claudetur, & sigillabitur, & consignabitur portitori, qui debet iurare de fideliter illud transmittendo ad Romanam curiam. Et statim per tabellarium ordinarium, vel per alium meliorem ordinem ad Vrbem transmittatur.

Semper autem aduertatur, vt facta præsentatione litterarum, transmittatur fides præsentationis illarum ad effectum in Rota docendi de diligentijs factis in partibus, & obtinendi prorogationes, seu nouam præfixionem termini remissoriæ, & si interim oriantur aliqua impedimenta, similiter de illis accipiatur fides à Notario actuario, & ad curiam transmittatur pro habendo statim opportuno remedio.

Scire etiam potes, quòd in perquirendis, & inueniendis testibus poterunt illis ostendi & legi articuli, petendo tamen ab eis, vt velint deponere quæ sciunt pro veritate cum rationibus & scientia eorum depositionis. Et quia fortasse erunt ignari in respondendo, quid sit publica vox, & fama, publicum, & notorium, aduer-

tes illos, vt se informent, qualiter Vox, & fama publica est id, quod communiter dicitur in aliqua, aut Villa, aut Ciuitate, aut Oppido.

Et si pars aduersa dabit interrogatoria, & illa sint non pertinentia ad causam in aliqua parte, scire debes, quod in partibus non possunt nec corrigi, nec resecari, nisi de consensu partium, & tunc esset transmittenda ad curiam illorum copia authentica extracta à Notario causæ, ad effectum obtinendi correctionem, & moderationem ab isto nostro sacro Tribunali.

Aduerte quoque, quòd si pars nostra inducit aliquos testes, qui non sint informati de omnibus articulis, sed solum de aliquibus, & propterea illos inducat specifice super articulis, de quibus sunt informati, quòd tali casu pars aduersa si vult, potest illos interrogare, absque eo, quod nos hoc illi impedire possimus.

Circa aliqua, vt oretenus habuit dictus Pater noster Georgius, de quibus sæculares non sunt informati, excepto Scarocerio, poteris examinare ipsos nostros professos, quoniam, vt vidit P. Georgius, nostri Monachi in huiusmodi validum perhibent testimonium ex priuilegio Summorum Pontificum.

Quoad numerum testium, quælibet res est probanda saltem per tres testes, iuxtà sacrum documentum, In ore duorum, vel trium.

Fæminæ etiam sunt boni testes, si bene deponunt, & causas bonas scientiæ deducunt; Quod falleret in Criminali, quia iuxta communem, septem pro vno teste requiruntur.

Vigore istarum litterarum possunt etiam extrahi iura, parte citata *ad videndum extrahi, & postquam extracta fuerint, ad videndum iurare testes super recognitione manus illorum notariorum, qui de originali rogati fuerunt*. Et in termino talis citationis coram Iudice erunt inducendi testes super recognitione, & in actu extractionis ipsi testes dicere debent, quod ipsi recognoscunt manum, & signum talium Notariorum, quia pluries viderunt illos scribere, instrumenta publicare, & signare, & sciunt, illum fuisse, vel esse hodie publicum, fidelem, & legalem Notarium, suisque scripturis fuisse semper in iudicio, & extra habitam, adhiberique plenam fidem, & quod de præmissis fuit, & est publica vox, & fama.

Ne autem Dominatio Vestra cogatur vti compulsoriis iam transmissis: vtque facilius aliqua iura facientia ad causam possit compulsare, mittuntur etiam in eisdem remissorialibus inclusę aliæ compulsoriales parte citata obtentæ, cum quibus ad libitum voluntatis poterit consolari.

Caue

Caue autem, ne accipias processum à Notario Episcopi; quia illo non indigemus pro nunc: fac conatum omnem in examine testium, quia Episcopus antequàm purget attentata, negocium principale aggredi non valebit: & credo, fauente Deo, nos nunquàm fore obligatos ad transportationem talis processus, quia totus est attentatus, attenta prima recusatione, occasione Sculteti de illo facta. Et ideò spero, quod si ille volet, ipse & processum, & reliqua transportabit.

Tu interim Hoppembruch possessionem reaccipies, & continuabis cum felicitate, quam tibi opto, & processum remissorialem complere procurabis, vt Italica consolatio in æternum, & tibi, & Monasterio tuo sit permansura.

DE DECLARATORIA.

ESSENT hoc in loco registrandæ plures formulæ Commissionum, quibus vtimur, vel in causis in prima instantia, vel in causis appellationum: sed quia occurrit ante omnia materia litterarum declaratoriarum, de his primo loco aliqua registrabimus, & deinde Commissiones apponemus.

Declaratoria igitur quandoque conceditur in subsidium vigore obligationis cameralis, quandoque datur propter detestabiles recursus ad iudices laicos; & quandoque propter contumaciam, & contemptum reorum aduersus mandata Rotalia.

Distinctè igitur: quando agitur vigore obligationis Cameralis, accepto mandato executiuo, citatur, prout infra.



A. C.

A. C. siuè Illustrissimo & Reuerendissimo D. Roccio Iudice depuato.

Citetur D Ferrantes ex aduerso principalis ad concordandum de executore ad effectum faciendi diligentias, reperiendi personam, & bona ipsius aduersarij, ad effectum exequendi mandatum per instantem obtentum, dandum listas confidentium, & diffidentium, alias viden. per D. eligi & deputari ex officio ad p. d. Instante D. Io. Baptista Transio principali &c.

Relatione facta comparuit idem citrà &c. & nisi ad p. d. cum intimatione elegit ex officio Caporalem Nicolaum de Rotunda, omni &c.

Obtento isto decreto, fit intimatio, *qualiter D. elegit executorem, ad effectum, de quo agitur, & alias prout in actis.*

Datur postmodum mandatum executiuum executori deputato, qui facit diligentias illud exequendi: & deinde non reperiendo nec personam, nec bona citati, facit fidem à tergo mandati, fecisse dictas diligentias, & talem fidem subscribit tanquam vt supra deputatus.

Et tu aduerte, quòd si agitur contra aliquem districtualem, vt sæpius euenire solet, talis executor debet facere fidem non solum fecisse diligentiam in Vrbe, sed etiam fecisse diligentias in loco originis ipsius citati debitoris. Signatura enim Iustitiæ pluries acerrimè disputauit, & aliquot vicibus etiam voluit tales diligentias; quia cum agatur de censuris, res debet esse benè discussa, & iustificata, ne videamur abuti tali beneficio censurarum.

Habita igitur fide ab executore, citabis tuum debitorem, prout infrà.

A. C. siuè Illustrissimo & Reuerendissimo D. Roccio Iudice deputto.

Citetur D. Ferrantes ex aduerso principalis ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit; admitti, & mandari resi tui dimissa copia collationata, nec non ad videndum extendi formam Cameræ in dictis iuribus appositam iuxta stilum curiæ ad p. d. Instan. &c.

Hæc citatio executa reproducitur, & obtinetur solitum decre-

S tum

rum admissionis iurium, & extensionis obligationis cameralis; & deinde proceditur ad vlteriora, iuxta formulam datam à supradicto D. Gratioso Vberto *paris. de citat. execut. formul.* 10. ad quem te remitto.

Addo, quòd diligentiæ, de quibus fecimus mentionem, solent aliquando fieri etiam alijs modis: vt putà si citatur pars *ad indicandum bona, in quibus possit fieri executio*: & aliquando etiam solent fieri per duos executores, licet vnus sufficiat, vt de his loquitur *decisio Romana lucri dotis prima die Aprilis 1650. coram R.P.D. Albergato*.

Formulam declaratoriarum hic non habebis, cum sit adeò nota, & insertio non videatur necessaria.

Declaratoriæ dantur etiam ob non paritionem litteris executorialibus, de quibus mentio facta est supra: sed ante omnia tales litteræ executoriales cum eius executione, seù præsentatione, reproducuntur cum citatione *ad dicendum contra iura*, in actis; & deinde si adest procurator, citatur procurator, seù idem principalis, si principalis erit in curia; & si neuter in tempore comparuerit, fient contradictæ, seù edicta: & si latitabit, procedetur per diligentias modis relatis, & seruantur quatuor termini infrascripti.

R.P.D. BICHIO.

Tarraconen. Primitiarum.

Citetur D. Didacus exaduerso principalis ad docendum paruisse litteris executorialibus primo pro prima ad p.d. Instante Illustri & Admodum Excellenti D. Francisco Frigola principali &c. &c. Francisconius Notarius.

Hæc citatio executa reproducitur, eaque reproducta obtinetur solitum decretum, & deinde fit secunda citatio eisdem verbis expressis, mutato solùm, secundo pro secunda, & sic fit de tertia, & quarta citatione.

Seruatis istis quatuor terminis, aditur D. Auditor Causæ, qui vocatur, *Ponens*, & ab eo obtinetur Dubium per hæc verba.

R.P.D.

R.P.D. BICHIO.

Tarraconen. Primitiarum.

C*Itetur D. Didacus ex aduersa principalis ad concordan. de dubio, aliàs viden subscribi infrascriptum ad diem crastinam hora 20. Instante Admodum Illustri & Admodum Excellenti D. Francisco Frigola principali siuè &c. Stantibus hinc indè deductis.*

DVB. An sit danda declaratoria in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Postmodum fit etiam intimatio, *qualiter D. subscripsit Dubium*: illaque fertur, & ostenditur d. D. Ponenti, qui illis visis accipit Dubium, illudque in duplicata charta subscribit, eius proprio nomine, & cognomine; & sic sub vtroque duplicato facies intimationem, prout infrà.

R.P.D. BICHIO.

Tarraconen. Primitiarum.

Stantibus hinc indè deductis.

DVB. *An sit danda declaratoria in casu &c.*

Cœlius Bichius S. R. Auditor.

I*Ntimetur D. Didaco, qualiter D. in prima proxima Rota proponet Dubium, quod sibi transmittitur: Ideò citatur idem ad informandum, quatenus informare intendat; aliàs videndum dictum Dubium proponi vna tantum parte informante. Instante &c.*

In ista intimatione non apponitur Notarius, sed seruatur ad ostendendum Rotæ, quod Dubium, quod proponitur, est legitimum, & à R.P.D. Auditore subscriptum.

Parti quoque transmittitur subscriptum à D. Roncate, vt sit certa de Dubio disputando, ne sit in potestate partium inutiles aggredi disputationes, quas Rota omninò abhorret.

Et scias, quod Dubium subscribitur, etiamsi causa videatur per contradictas, aut alio quocumque modo.

Ista intimatio solet pluries reiterari ad hoc, vt pars possit per tempus parare sua iura, & informationes in facto, & in iure.

Et non debes ignorare, quòd hoc supremum Tribunal non contentatur patrocinio solius procuratoris, nisi procurator sit adeò primarius, vt vices Aduocati etiam adimpleat; ea potissimum ratione, quia summopere peroptat causas diligenter discutere, & cognoscere, & terminare.

Quando autem Dubium est proponendum, semper per duos dies ante informantur Domini eorum domi solitæ habitationis, & de sero solicitatores adeunt domum D. Ponentis, vbi expectant contrariæ partis solicitatorem, eoque perueniento conueniunt ad inuicem in permutandis scripturis, adeo vt vna pars communicet alteri omnes informationes facti, et Iuris cum Summarijs, et alijs, quæ distributura, et datura est ipsis DD. Auditoribus, qui adeò integrè procedunt et procedi volunt, vt si vna partium desisteret in communicando parti suæ contrariæ, vel in totum, vel in parte dd. Iura, et Scripturas, accerrimè contra similia committentes inuehantur.

Volunt enim, quod iura aperta sint omnibus, et quòd in meridie ambuletur, vt vnaquæque partium possit cum luce solis bonum, vel malum suum cognoscere, respondere, et sua Iura deducere.

Sequens dies ab ipsis DD. nulla admissa audientia, remotis arbitris, studio causarum consumitur, et successiua summo mane decisioni causarum, quæ proponuntur, condonatur.

Digressus sum longe à via, in qua eram: et tu parce digressioni; ex ea enim disces, quomodo procedatur in obtinendis Dubijs, et quomodo procedatur in obtinendo eorum resolutiones.

Disputato Dubio, quando Rota videt, litteras executoriales cum comminatione censurarum relaxatas, fuisse legitime præsentatas, et fuisse in actis reproductas, et vlterius quòd fuerunt seruati quatuor termini, de quibus supra, ad docendum de paritione; sine difficultate resoluit pro concessione declaratoriæ, vt docet *decisio Gandauen. exemptionis 22. Iunij 1648. coram* R.P.D. *Celso*, & *in Cæsaraugustana distributionum, seù attentatorum 25. Maij 1646. coram* R.P.D. *Cerro*.

Et debes etiam scire, quòd seruatis eisdem modo, et terminis, Rota dat declaratoriam, etiam ob non paritionem mandato de manu-

manutenendo; vt *in Iauenacen. seù Melfiten. bonorum* 1. *Iulij* 1647 *coram* R.P.D. *meo Corrado*, & *in Barchinonen. iurisdictionis* 5. *Iulij* 1649. *coram* R.P.D. *meo Bichio*.

Et simili modo datur ob non paritionem mandato pro purgatione attentatorum relaxato; vt est casus *in Colonien. Vicaria* 14. *Maij* 1649. *coram* R.P.D. *meo Ottbobono*.

Scias, quòd datur etiam contra Tutorem; vt *in causa Romana, seù Albinganen. bonorum* 1. *Iulij* 1648. *coram* R.P.D. *meo Cerro*.

Hec dantur contra Capitulum, Clerum, aut Vniuersitatem, nisi constet, quod litteræ executoriales fuerint ipsis collegialiter præsentatæ. Rota *in Marsicen. iurisdictionis* 10. *Maij* 1649. *coram* R.P. D. *Bichio*.

Dantur tamen contra particulares, qui de facto illis se opposuerunt, & cōtradixerunt Rota *in dicta Marsicen. coram dicto* R.P.D. *Bichio*.

Seruantur tales termini ad reddendum partem contumacem; quod dignoscitur, quia istis seruatis probata dicitur negatiua non paritionis eo ipso, quod per aleram partem non probatur affirmatiua. Rota *in Pampilonen. decimarum de Verastegni* 12. *Iunij* 1649. *coram bon. mem. Arguelles*.

Et proceditur, etiamsi agatur non præsentatis litteris personaliter, quando reus dolosè latitauerit, quia tunc sufficit præsentatio modo, & forma data superius, quando locuti sumus de executoribus sub titulo, *De Rota, &c.*

Nec est necessaria præsentatio dictarum litterarum per cursorem seù mandatarium; sed sufficit quod fuerit prǽsentata à parte cum præsentia Notarij, & testium, vel quòd aliàs iustificetur scientia illarum, vt pariter dictum est supra per Rot. *in dicta Cæsaraugustana distrubutionum seù attentatorum* 26. *Maij* 1646. *coram* R.P. D. *Cerro*.

Dantur etiam declaratoriæ contra successorem in beneficio, quando fuit prius processum contra antecessorem, si litteræ executoriales præsententur dicto successori, quia etiam dictus successor afficitur succumbentia sui antecessoris. Rota *in Tarraconen. primitiarum die vigesimasexta Iunij* 1649. *coram Reuerendiss. D. Dunozetto*.

Et practicatur, quod quando agitur contra Capitulum, tunc datur excommunicatio contra singulos Canonicos, & interdictum contra Capitulum. Rota *in Ampurien. & Ciuitaten. electionis Vicarij* 26. *Iunij* 1648. *coram* R. P. D. *Meltio*.

Et

Et dantur non solum ex non obedientia, verum etiam ex repugnantia. Rota *in Hispalen. decimarum 19 Iunij 1648. coram R. P. D. Meltio*.

In summa, declaratoria datur semper, & quandocumque mandatum Rotale fuit legitime intimatum, & seruatis quatuor terminis non docetur de paritione. Rot. *in Aquilanã beneficij 4. Martij 1625. & in vna Camerinen. prædij 13. Ianuarij 1625. coram bonæ memoria Remboldo*.

Quid autem diceres, si quis quando petitur contra ipsum declaratoria, ipse peteret admitti ad beneficium Capituli; *Odoardus, de solut.* an deberet admitti? Vide Rotam *in Hipporegien. capellania decima Decembris 1623. coram dicto bonæ memoriæ Remboldo*, vbi etiã videbis quid requiratur ad illud obtinendum.

Et debes animaduertere, quod si quis aduersus litteras declaratorias Rotæ adit Signaturã, ostendit animum contumacem contra resolutiones Rotæ; vt *in causa Leodien. Abbatissatus* 8. *Apri. 1644 coram R. P.* D. *Ghisilerio*, & *in antea Vrgellen. canonicatus 9. Nouembris 1634. coram bon. mem. Piruuano*.

Quilibet Iudex Ecclesiasticus potest procedere ad censuras, & inter istos Iudices connumerantur Auditores Nunciorum, Vicarij Episcoporum, & Capitulorum Sede vacante, qui nec tenentur ostendere suas facultates; sed sufficit quod sint in quasi possessione iurisdictionis ordinariæ, & pro talibus communiter habeantur. Rota *in Leodien. censurarum 7. Decembris 1616. coram bon. memor. Remboldo*.

Quando autem censuræ infliguntur à lege, est necessaria trina monitio. Et tunc requiritur citatio, quando debet discuti factum propter quod quis dicitur excommunicatus. Secus, vbi quis denunciatur talis, vt magis innotescat, & euitetur à Christi fidelibus propter eius excommunicationem.

In excommunicatione legis an requiratur citatio, declaratur à supradicta *Leodien. censurarum*; vbi quod videtur necessaria tantum in excommunicatione lata ab homine.

Et quod non sit necessaria citatio. Primò quando non patet tutus accessus, quia sufficit domi dimissa copia, vel per affixionem. Secundò, quando reus de citatione notitiam habuit citatus.

Habes etiam in dicta decisione, quod Nuncij, & Legati Sedis Apostolicæ sunt Iudices ordinarij censurarum. Rota *in dicta Leodien. coram Remboldo*.

Habes vlterius, quod Auditores Rotæ sunt Iudices ordinarij, & cit an t

citant per vniuersum Orbem in procedendo.

Et quod quando excommunicato nulla defensio competit, non requiritur sententia declaratoria, sed sufficit sola denunciatio.

Et quod in facto notorio præfigitur terminus ad excusandum factum, & se iustificandum; & quod illo elapso proceditur ad denunciationem absque alia declaratione; & ratio est, quia vbi non est necessaria citatio, ibi non requiritur sententia declaratoria.

Qui contra formam Bullæ Cœnæ Domini aliquid faciunt, incurrunt excommunicationem, & declarantur, si in termino monitionis nihil iustificant.

Nec appellatio suspendit excommunicationem à lege inflictam.

Et opinio Achillis de Graffis, quod appellatio suspendat appellantem à censuris contra sententiam declaratoriam censurarum, non habet locum, quando factum est notorium, quia tunc potest procedi ad denunciationem. Rota *in dicta Leodien. de qua supra*. Differt enim excommunicatio inflicta ab homine; & inflicta à lege. Rota *in d. Leodien. censurarum 7. Decembris 1616. coram bona memoria Remboldo*.

Aggrauatoria verò, & reaggrauatoria quando, & quo modo detur, potes videre apud dictum D. Gratiosum *loco supradicto*.

Recursus autem ad Iudices laicos semper fuerunt detestabilis; adeo vt recurrentes dicantur incidisse in excommunicationem cõminatam in Bulla Cœnę Domini, de quâ in Bullario nouo *tom. 3. Constit. 63. §. 13.* & in eis dicitur probata contumacia, & expressa inobedientia, non solum contra sęculares, verum fortius contra Ecclesiasticos, qui ad exemplum aliorum deberent esse modestiores; & Rota acriter conqueritur, quòd ita tam indecenter eius mandata contemnantur; vt est casus *in Gandauen. exemptionis 22. Iunij 1648. coram R. P. D. Celso*.

Et præsumuntur procurati ab eo, cuius interest impedire mandata Rotalia. Et quod incidatur in excommunicationem ex vi dictæ Bullæ Cœnę Domini; est alia decisio *in Pampilonen. decimarum de Verastegni 12. Iun. 1649. coram bona mem. Arguelles*.

Qui autem vult absolui ab huiusmodi excommunicatione, tenetur in omnibus obedire, & reficere omnes expensas, etiam extraiudiciales, Procuratorum, & Aduocatorum, & Copistarum, & cuiuscumque generis, & speciei fuerint; vt *in Vlixbonen. professionis 27. Martij 1637. coram bona memoria Carillo*.

Ad probandum tales recursus, fuit aliquando data remissoria

vt *in Terulen. Statutorum* 27. *Iunij* 1644. *coram* R. P. D. *Otthobono*.

Sed tu scies, quod si tales recursus fuerit duntaxat iactati, & non consummati, & ille non vsus fuerit illorum temeritate, quod iste non innodatur censuris comminatis in dicta Bulla Cœnç Domini. Rota *in Calaguritana beneficij de Logroño* 19. *Februarij* 1640. *coram* R. P. D. *Verospio*.

Et qui incidis in talem excommunicationem, arcetur à noua audentia. Rota *in Ampurien. seu Ciuitaten. electionis Vicarij* 26. *Iun.* 1648. *coram* R. P. D *Meltio*.

Non auditur, nec excipiendo, & nec auditur appellans, præcipuè quando spreuit censuras, & non curauit absolui. *Romana prætensa absolutionis* 18. *Iunij* 1646. *coram* R. P. D *Meltio*.

Denegatur etiam eidem remissoria, etiam quod illam petat ad sui defensionem, pręcipuè si pluribus annis permansit in censuris. Rota *in Terulen. beneficij* 25. *Maij* 1644. *coram eodem* R. P. D. *Meltio*.

Probantur tales recursus, si adhibiti à Procuratore ratificentur à principali: ratificatio enim habet vim specialis mandati, etiam in requirentibus speciale mandatum.

Item probatur, si pœnes ipsum principalem reperiatur scriptura dictorum recursuum, quia ratificare videtur qui scripturam retinet.

Secundò, quando quis sciuit recursus, & statim non renunciauit, & non renunciado dicitur ratificare.

Tertio, quando principalis facit mandatum procuræ in personam eius, qui recursus fecit. Has coniecturas affert *Cæsaraugustana beneficij de Linares* 27. *Aprilis* 1644. *coram* R P D *Bichio*.

Si quis verò vt supra excommunicatus desiderat absolationem, iste talem absolutionem, & subleuationem non poterit obtinere ex sola patientia; sed requiritur saltem paritio verbalis: fit enim differentia inter rem corporalem, & incorporalem, vndè in vno casu sufficiet patientia, in alio verò est necessaria paritio verbalis. Rota *in Romana, seu Albinganen. bonorum prima Iulij* 1648. *coram* R. P. D. *Cerro*.

Ad declarationem pręmissorum est videnda prędicta decisio *in causa Ampurien. & Ciuitaten. electionis Vicarij* 20. *Oct.* 1649. *coram* R. P. D. *Meltio*.

Quando verò mandatum continet factum, quomodo sit docendum de paritione, vide Rotam *in Ampurien. & Ciuitaten. electionis* *Vica-*

Vicarij 26. *Iun* 1648. *coram* R.*P*.D. *Meltio*.

Hoc tene pro constanti, quòd nunquam datur absolutio à censuris latis in curia, quando illę sunt validę, & iustę, nisi doceatur de paritione. Rota *in Vicen. portionis* 18. *Martij* 1639. *coram Reuerendiss.* D. *Dunozetto*.

Etiamsi quod pręstandum est pro paritione, non sit liquidum, quia tunc debet reus excommunicatus comparere, & offerre se daturum, & facere depositum alicuius paruæ quantitatis, & se obligare in forma Cameræ dare residuum facta liquidatione. Rota *in dict. Vicen. coram Reuerendiss. Dunozetto*.

Et semper, quando aliquid est implendum, & soluendum, vel tradendum, requiritur obedientia verbalis, depositum, & obligatio. Rota *in Tarraconen. primitiarum* 1. *Iunij* 1640. *coram* Reuerendiss. D. *Dunozetto*.

Si autem peroptas formulam, & modum obediendi, poteris ex infrascriptis, addendo, & minuendo; dummodò non minuatur honor, quinimò ille augeatur Tribunali; habere formulam tibi necessariam.

Sequendo opinionem Sac. Rotæ Romanæ super modo præstandi obedientiam debitam, apud bon. mem. Cardinalem Seraphin. & deinde apud quamplures Sac. Palatij Auditores, & præmissa protestatione, [quod ipse comparens facit, & faciet infrascriptum actum præstationis patientiæ, obligationem, & depositum metu mandati censurarum, grauatoriæ, & reaggrauatoriæ, ac inuocationis auxilij brachij sæcularis, & non aliàs &c. hac cum declaratione, quod ipse comparens per hoc non intendit præiudicare legitimæ possessioni, ac manutentioni, & aliis omnibus, & singulis Iuribus quomodolibet competentibus suo principali; & quòd ipsi aduersario non intelligatur acquisitum ius aliquod, neque imaginabile, aut facta illius melior conditio; nec quod ipse aduersarius ex his intelligatur acquisiuisse, seù acquirere potuisse aliquam possessionem manutenibilem: sed quòd ex eis intelligatur declaratum dumtaxat, quòd dictus suus principalis catholicè viuit, & viuere cupit in communione fidelium, & sanctæ Matris Ecclesiæ, & quod in tantum hoc facit, in quantum certus est, quod non obstantibus infrascriptis præstatione patientiæ, deposito, & obligationibus, ipse nihilominus intelligatur se dimisisse suam possessionem, nec spoliatus ea, & Iuribus ipsi competentibus. Quinimò ipse declarauit, & declarat, quòd nullo modo vult, quòd suus principalis pro spoliato habeatur, sed quòd potius sit conseruator

quocumque modo debet, & iure poteſt, ſaltem animo poſſeſſionis beneficij, de quo agitur, & iurium ſuorum; & quod per quancunque declarationem, aut tacitam, aut expreſſam, aut per quencunque actum, etiam quod ille videatur contrarius, non intelligatur illi, & illis præiudicatum: quia omnia dixit facere, & facturum, & in curia, & extra vi, & metu præmiſſorum, non autem de eius libera, certa, & deliberata voluntate, aut animo quia niſi adfuiſſet, & adeſſet metus prædictus, infraſcripta nunquam peregiſſet, aut perageret. Qua proteſtatione ſemper ſalua, & non alias &c. ità quod potius actus pereat, quàm præſens proteſtatio, & non alias &c. nomine dicti ſui principalis vigore mandati procurę ſpecialiter facti, quod facto dedit tenoris &c. præſtitit, & præſtat patientiam, quòd Reuerendiſſimus D. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius, ſiuè eius legitimus procurator pacifice adipiſcatur poſſeſſionem perpetui ſimplicis Beneficij ſub inuocatione S.N. in Eccleſia Parochiali loci nuncupati A. Diœceſis B. olim vacantis per obitum C. illius dùm viueret vltimi poſſeſſoris extra Curiam defuncti, & promiſit dictum ſuum principalem nullum eſſe prętiturum impedimentum, quin dictus Reuerendiſſimus Commiſſarius, ſeù eius legitimus procurator, pacificè dictam poſſeſſionem adipiſcatur: & vlterius promiſit, & ſe obligauit, quod dictus ſuus principalis reſtituet dicto Reuerendiſſimo D. Commiſſario, ſeù eius legitimo procuratori, prout de iure omnes fructus, & totum id, quod dictus N. ex dicto beneficio conſtabit percepiſſe, ac expenſas in cauſa legitimè factas; ſequuta tamen prius licita, & legitima liquidatione; & pro nunc depoſuit penes me iulium vnum, & promiſit, quòd dictus ſuus principalis ſoluet, ſeù reſtituet reſiduum ſtatim ſequuta legitima liquidatione. Pro quibus &c. dictus D. Procurator obligauit dictum ſuum principalem, eiuſque hęredes, & bona in ampliori forma Camerę Apoſtolicę proteſtans, quod prędicta proteſtatio intelligatur repetita in quacumque parte huiuſmodi actus, ſicque tactis, etc. iurauit etc. Super quibus etc.]

Sed aduerte, quòd ſi eſt renunciandum recurſibus renunciatio debet eſſe libera, et abſque cautela: quia ſi adeſſet aliqua proteſtatio, aut cautela, inde reſultaret animus contemnendi Claues Beati Petri, et ſpernendi Cenſuras Eccleſiaſticas.

Igitur renunciatio vt liberè fiat, poterit eſſe huiuſmodi: *D. A. Procurator D. B. prout docuit de ſpeciali mandato procura, liberè renunciauit, & renunciat recurſibus habitis per ipſum, ſeù eius procunatorem ad Iudices, promiſitque illis nullo vnquam tempore vti, nec eorum*

eorum vigore se, aut alium eius nomine vllo vnquam tempore impedimenta non præstiturum, quin Reuerendissimus D.*Commissarius pacificè adipiscatur possessionem benefi ij &c. quinimò quodcumque impedimentum eius nomine proueniturum ipsum esse remoturum, ità & taliter quod ab ipso, nec suis illorum vigore dictus Reuerendissimus Commissarius seu &c. impedimentum aliquod non erit habiturus, & sic tactis &c. super quibus &c. in forma Cameræ Apostolicæ &c.*

Si fortè ista formula, qua ego sum vsus, et alij etiam vsi sunt, tibi non placeret, non deerit tibi modus, si decisiones indicatas videre non dedignaberis: ego enim dico quę expertus sum; tu poteris doctius experiri: facile enim est inuentis addere, et inuenta in meliorem formam redigere. Et de his satis.

DE CAMBIIS.



Etigi aliqua supra de hac materia: sed quia species illa Cambiorum diuersa videtur ab alia, in qua datur authoritas cambiandi, et recambiandi risico, et expensis debitoris, ponam formulam citationis, et decreti soliti obtineri: quia licet quotidie sit in practica, paucis tamen notam esse reperio.

Quando igitur agitur de huiusmodi Cambijs, quod vt plurimum fieri solet inter Hispanos, qui sic pecunias accipere solent, fiet citatio.

A.C siuè Illustrissimo D.Spada Iudice deputato.

C*Itetur* D.*Henriquez de Corduba exaduersò principalis ad videndum taxari, & liquidari Cambia partitæ scutorum ducentorum auri in auro stamparum, de qua in Instrumento in actis rogato die &c. mensis &c. anni &c seu &c. illaque taxata, & liquidata vna cum sorte principali, soluen. seù soluisse docen. aliàs viden. tàm pro illis, quàm pro sorte principali decerni, & relaxari mandatum in obligatione su-*

T 2 *sceptum*

sceptum ad primam diem. Instante D. *Antonio Tonnono principali, siue &c. Burattus Notarius.*

Ista citatio exequitur modo expresso superius, et exequuta reproducitur, et de stilo obtinetur infrascriptum decretum.

R*elatione facta comparuit* D. *Ioseph Auersa* P*rocurator, & repetito instrumento in actis supradicta die rogato, in quantum &c. petijt, & per Illustrissimum* D. *obtinuit taxari, & liquidari Cambia ad rationem tredecim pro primo, & septem scutorum similium pro reliquis sequentibus annis, & quolibet centenario, & tam pro illis, quàm pro sorte principali decerni, & relaxari mandatum exequutiuum, nisi ad primam diem cum intimatione, omni &c.*

Formula autem intimationis erit huiusmodi.

A.C. siué Illustrissimo, & Reuerendiss. D. Spada Iudice deputato.

I*Ntimetur D. &c. qualiter D. taxauit, & liquidauit cambia pro primo, & sequentibus annis, & tam pro illis, quam pro sorte principali decreuit, & relaxauit mandatum executiuum, & alias prout in actis. Instante D. Antonio Tonnono, siue, &c. Burattus Notarius.*

Elapsa prima die in decreto præcisa, accipitur mandatum, & fit exequutio, prout supra dictum est in explicatione processus exequutiui.

DE COMMISSIONIBVS



NON est meum hodie agere de Illustrissimis Referendarijs, qui commissiones proponunt, quoniam de ipsis egit bonæ memorię Marchesanus *parte prima capite primo*: nec minus in specie de Signatura Gratię, quia idem de ea egit *eadem par. prima cap. 2.*

Afferam

Afferam aliqua de Commissionibus, quæ sunt necessariæ versantibus in foro; quia non semper Iudicia cum libellis, & monitorijs incipiunt: sepè enim euenire solet, vt à commissionibus incipiant, prosequantur, & terminentur; ideò necessarias ad opus registrare non desinemus.

Et quia processi cum distinctione iudiciorum, cum eadem prosequendo, ponamus primo commissionem, quæ contingere potest, quando reus ad euitandam viam executiuam, cum aliqua inuentione fecit committere causam in Rota ad præiudicandum creditori: tunc enim creditor adeundo Signaturam, siue agatur de obligatione camerali ad sui fauorem, siue de alio processu executiuo spectante ad A. C. procurabit committi R. P. D. Auditori, vt procedat cum facultatibus dicti A. C. & commissio poterit esse huiusmodi.

Romana.

BEatissime Pater. Antonius in præinserta pro Oratore nominatus debitor Octauij Bedeschi Sanctitatis Vestræ Oratoris in notabili pecuniarum summa excedente scuta quingenta, partim occasione legati sibi facti à quondam Titio in vltimo testamento, cum quo decessit, & partim vigore obligationis Cameralis, ad præiudicandum Oratori extorsit committi causam iactationis, & iactationum R. P. D. Verospio Sac. Palatij Vestri Auditori, & ab eodem extorsit inhibitionem, cuius vigore dictus Orator impeditur procedere coram A. C. pro consecutione sui crediti. Et quia Pater Sancte, dicto Oratori valdè, interest ad litis finem peruenire, & viæ executiuæ præiudicari non debet: Ideò humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus committere, & mandare dignetur, vt in causa, & causis procedat, perindè ac si præinserta signata fuisset cũ facultatibus Auditoris Cameræ, & procedendi cum clausula, quam, & quas, prout in prima, etiam singulis diebus, & horis, præterquàm in honorem Dei feriatis, præmissis nec non Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus, statum, &c. pro plenè, & sufficienter expressis haben. &c.

Si vero non esset commissa causa à parte aduersa, & credita, quę debes consequi, requirant disputationem, & desideras, quod omnia

nia vnica disputatione terminetur; poteris in prima instantia obtinere commissionem in Rota cum eisdem clausulis. Sed tunc debes aduertere apponere ista verba. Dignetur igitur causam, & causas consecutionis dictorum creditorum, ac quam, & quas,&c. ac relaxationis mandati, & mandatorum desuper necessarij, & opportuni,vna cum omnibus,& singulis emergen. dependen annexis & connexis cum facultatibus Auditoris Cameræ alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, seù Locumtenenti committere, & mandare audien. cognoscen. & executiuè deciden. ac fine debito terminan. cum potestate citandi, & inhibendi quos, quibus, & quoties opus fuerit mandata executiua decernendi & relaxandi, aliaque omnia & singula faciendi, dicendi, & exercendi in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna: præmissis, &c.

De Commissione in Iudicio Adipiscendæ.

IN hoc Iudicio si velis ius tuum consequi in Rota est tibi necessaria commissio similis infrascriptæ.

Romana.

BEatissime Pater. Octauius Senior de Bedeschis in vltimo testamento, cum quo decessit, hæredes sibi vniuersales instituit Sebastianum, & Iosephum eius filios, illisque cum arctissima prohibitione alienationis bonorum substituit filios masculos eiusdem Sebastiani per fideicommissum perpetuum fauore agnationis perpetuandum. Post obitum testatoris mortui sunt etiam dictus Ioseph, & Sebastianus, dictumque fideicommissum purificatum reperitur in fauorem Octauij Bedeschi Sanctitatis Vestræ Oratoris filij dicti Sebastiani. Et quia plura bona dicto fideicommisso supposita reperiuntur occupata partim à Titio,& partim à Sempronio, & Oratori valdè intereſt via iuris ad eorundem bonorum immissionem deuenire, & tale beneficium breuioribus disputationibus cõsequi: Ideô humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus causam & causas immissionis & immissionum vigore legis finalis C. de Edicto Diui Adriani tollendo, ac quam, & quas, contra prædictos

ctos Titium, & Sempronium, ac alios quoscumque illicitos detentores, & occupatores habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit vna cum omnibus, & singulis dependentibus, emergentibus annexis, & connexis alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, vel Locumtenenti, attento quod bona, de quibus agitur, excedunt valorem scutorum mille monetæ Romanę, committere, & mandare dignetur cum potestate citandi, & inhibendi in curia, & extra, quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaque omnia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, in pręmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna: præmissis nec non Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis stilo Palatij, & curiæ cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus statum, &c. pro plenè haben. &c.

Ex ista commissione poteris habere formulam ad omnia alia iudicia Adipiscendæ. Cæteras igitur ingenio, quod tibi Deus Optimus Maximus dedit formare poteris.

De Commissione in possessorio Retinendę.

BEATISSIME Pater. Martha Astallia Sanctitatis Vestræ Oratrix reperitur in pacifica, & quieta possessione tutelę, & curæ Agnetis, & aliorum filiorum natorum ex se, & quondam Dominico Riccio eius marito. Et quia molestatur in dicto exercitio tutelæ, & curę à Iosepho Riccio eius cognato, & Oratrici valdè interest via iuris manutentionem dictę tutelę, & curę, & eius exercitij celerrimè consequi, ob innumeras expensas, quas ex causa dictę litis indebitè suffert: Ideò humiliter supplicat Sanctitati Vestrę, quatenus causam, & causas manutentionis & manutentionum, ac quam, & quas, &c. vna cum omnibus & singulis incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, alicui Sac. Palatij Vestri Auditori cognoscend. deciden fineque debito summariè terminan. committere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi in curia, & extra, quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaque omnia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna, pręmissis.

De

De Commissione in Iudicio Recuperandę.

BEATISSIME Pater. Florianus de Florianis Maceraten. Sanctit. Vestr. Orator, fuit spoliatus ab Antonio Melaranciario de prędio sito in pertinentijs Maceratę prope Molendinum, &c. iuxta, &c. Et quia amicabiliter requisitus à dicto spolio non curat recedere, & Oratori valdè interest ad reintegrationem sui prędij excedentis valorem scutorum quingentorum monetę Romanę deuenire: Ideò humiliter supplicat Sanctit. Vestr. quatenus causam, & causas reintegrationis, & reintegrationum dicti prędij, ac quam, & quas Orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit contra pręfatum Antonium, et omnes alios spoliatores vna cum omnibus, et singulis dependentibus, emergentibus, annexis, et connexis alicui Sac. Palatij Vestri Auditori audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, et mandare cum potestate citandi, et inhibendi, quos, quibus, et quoties, opus fuerit, aliaque omnia, et singula faciendi, gerendi, et exercendi in præmissis, et circa ea dicendi quomodolibet necessaria fuerint, vel opportuna, pręmissis nec non Constitutionibus, et Ordinationibus, Apostolicis stilo Palatij, et curię cęterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus statum, etc pro plenè haben. etc.

De Commissione in Iudicio ordinario Romana.

BEATISSIME Pater. Octauius Bodeschus Sanctitat. Vestr. Orator mutuauit Petro scuta mille auri in auro stamparum sub pactis, et conuentionibus, de quibus in Instrumento inter partes solemniter celebrato. Verùm quia dictus debitor pluries amicabiliter requisitus distulit, et differt ad debitam restitutionem deuenire: Ideò humiliter supplicat Sanctit. Vestr. quatenus causam, et causas dicti mutui, ac debitę restitutionis, ac quam, et quas, etc. vna cum omnibus, et singulis suis incidentibus, dependentibus, annexis, connexis, totoque negocio principali alicui Sac. Palatij Vestri Auditori audien.

cogno-

cognoscen. deciden., fineque debito, prout iuris fuerit, terminan. committere, et mandare cum potestate citandi, & inhibendi quos quibus, et quoties opus fuerit, &c.

Et sequere alias clausulas supra in alijs Commissionibus registratas.

De Commissione in Saluiano. Romana.

Beatissime Pater. Carolus Chinus mercator in Vrbe Sanctitatis Vestrę Orator creditor Francisci occasione fructuum annui census scutorum quinquaginta impositi super vna domo sita in Vrbe in regione Transtyberis iuxta, &c. detenta, & occupata à Siluerio, ex quo ob fructus sibi debitos à dicto suo debitore cogitur experiri Iudicium Saluiani contra dictum Siluerium dictę domus occupatorem. Et quia fortasse ob pretensiones aduersarij coram Iudice ordinario lis in longum protraheretur, & Oratori valde interest ad immissionem quantocitius deuenire: Propterea humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus causam, & causas immissionis, & immissionum ad dictam domum in Iudicio vtilis Saluiani interdicti ad illam retinendum, donec, & quousque Oratori fuerit satisfactum de fructibus decursis dicti census, & de alijs suis loco, & tempore decurrendis, ac quam, & quas Orator contra dictum, & omnes alios occupatores habet, & mouet, & habere vult, & intendit, vna cum omnibus & singulis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, attento quod agitur de annuo redditu scutorum quinquaginta monetæ ex causa census scutorum octingentorum in sorte principali, alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, vel Locumtenenti, audien. cognoscen deciden. fineque debito summarie, simpliciter, et prout in beneficialibus terminan. committere, et mandare, cum potestate predictum et alios occupatores citandi, et eisdem inhibendi toties quoties opus fuerit, aliaque omnia, et singula faciendi, dicendi, gerendi, et exercendi in premissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna, premissis nec non, etc.

In hoc Iudicio sępius euenire consueuit, quod ille qui obtinuit immissionem, est creditor tantæ summæ, vt etiam si possideat per

decem annos, sit difficile quod possit consequi integram satisfactionem.

Hoc casu, quia immissus propria authoritate non potest vendere pignus, quod retinet ad sui satisfactionem, debet adire Signaturam Sanctissimi, & ab eo obtinere facultatem alienandi. Rota *in Romana dotis decima Decembris 1632. coram bonæ memoriæ Pirouano*.

Commissio solita, qua vti consueuerunt, est infrascripta, vel similis.

Senogallien.

BEATISSIME Pater. Ioannes Baptista Beneamatus de Callio, tanquam hæres Richardi patris, creditor fructuum annui census scutorum decem & octo impositi per Bernardinum, & Andream de Sandrianis pro pretio scutorum tricentorum sub rogitu Ludouici Quintilij, in iudicio vtilis Saluiani interdicti fuit immissus, seruatis seruandis, in possessionem prędij debitoris siti in pertinentijs, &c. detenti, & occupati per Thomam Maginum, ad retinendum donec, & quousque fuerit satisfactus de scutis quatringentis fructuum decursorum, & de alijs fructibus suis loco, & tempore decurrendis. Quia verò Pater Sancte dictus Ioannes Baptista Orator ex fructibus dicti prędij non potest sibi de dicto credito satisfacere per decennium, attento quod pars aduersa non appellauit, nec causa in deuolutiuo commissa reperitur: Humiliter supplicat Sanctitati Vestrę, quatenus dignetur committere, & mandare R. P. D. . . . qui immissionem concessit, vt præfixo parti aduersæ aliquo breui, & peremptorio termino ad satisfaciendum Oratori, illoque elapso, & solutione non sequuta, procedat ad subhastationem, & deliberationem eiusdem prędij, & de pretio inde redigendo Oratori satisfacere mandet, & faciat de dictis fructibus, & expensis, aliaque omnia & singula dicat, mandet, faciat, & exequatur in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna, præmissis nec non Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus, statum, &c. pro plenè haben. &c.

Ista commissio via consueta præsentatur Prelato, cui dirigitur, &

& citatur, vt infra, *ad dicendum contra commissionem vltimo loco in actis præsentatam, & iuxta illius formam videndum mandari procedi ad primam diem*: Illaque aduenta reproducitur citatio, & obtinetur solitum decretum admissionis. Et deinde citatur *Ad videndum sibi præfigi terminum iuxta formam commissionis*. Illudque præfigitur arbitrio Iudicis.

Et insuper debes aduertere, quod Papa signando commissionem aliquando solet adijcere clausulam, *Constito de assertis*: & tunc non poteris obtinere, nisi ante omnia iustificabis ea, quę fuerunt narrata, & in quibus Papa fundauit rescriptum.

Postquam autem adimpleueris rescriptum, tunc poteris procedere ad subhastationem iuxta normam tibi superius enunciatam.

De Commissione super iactationibus.

HAEc commissio est vsitatissima, & quotidie volitat per forum, ideò licet fortasse sit nota, nihilominus volo tibi dare formulam ex Marchesano.

Romana.

BEATISSIME Pater. Licet Octauius Bedeschus Sanctitatis Vestræ Orator à multis annis fuerit, & sit in pacifica possessione vnius vineæ, cum domo, picturis egregijs famosi pictoris Ioannis Equitis Lanfranchi depicta, sita in pertinentijs Vrbis in loco nuncupato Brauetta, iuxta, &c. & super ea à nemine debuisset, vel deberet molestari, perturbari, aut inquietari: Nihilhominus quia quidam Michael Angelus, & alij de Magistris ipsum Octauium Oratorem nolle sinere possidere se iactant, & vociferant contra omne debitum iuris; & quia valdè interest Oratori quantocitius via iuris se à præmissis iactationibus, & vociferationibus eximere, & liberare. Ideo humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus causam, & causas molestationis, & molestationum, iactationis, & iactationum, vociferationis, & vociferationum alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, vel Locumtenenti, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito termi-

mandas committere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi, quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaque omnia, &c. vt supra, nec non aduersarijs præfatis perpetuum silentium imponendi, prout de iure, præmissis.

Aduerte, quòd in ista Commissione non ponuntur verba, *Molestare, vel perturbare se iactat*, quia ista concernerent petitorium: ponuntur tamen quando etiam super petitorio causa desideratur committi.

Idem est cogitandum de clausula, *Vna cum toto negocio principali*.

Reliqua, quæ circa istam Commissionem desideras, videbis apud Marchesanum *de commiss. iactation. par.* 3. §. 2. *fol.* 352.

De Commissione appellationis in Curia.

A Sententijs, de quibus egimus, si contingat appellari, est necessaria Commissio appellationis, & quia noui plures species sententiarum plures etiam commissionum requirere, ideo ponamus formulas ipsarum commissionum.

Romana.

BEATISSIME Pater. Dignetur S.V. causam, & causas appellationis & appellationum infra legitima tempora interpositarum nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriç iniustitiç à quadam diffinitiua sententia, seù decreto vim habente diffinitiuæ ab A.C. in prima instantia lata, seù facto ad fauorem Titij contra S. V. Oratorem seium causa, & occasione certç pecuniarum summç scuta centum exceden. rebusque alijs in actis causç & causarū huiusmodi latiùs deductis attentatorum, & innouatorum quorumcumque, nec non restitutionis in integrum ex clausula saltem generali, si qua mihi iusta causa &c. ac quam, & quas &c. contra prędictum, omnesque alios in executione nominandos, & cognominandos, vna cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis,

nexis, connexis, totoque negocio principali, alicui Romanę Curiæ Prælato, vel alicui Sac. Palatij Veſtri Auditori, ſiuè Locumtenenti, ſummariè, ſimpliciter, et prout in beneficialibus audiendas, cognoſcendas, decidendas fineque debito terminandas cum poteſtate citandi, et inhibendi in Romana Curia, et extra ſub cenſuris, et pœnis Eccleſiaſticis etc. quos, quibus, toties, et quoties opus fuerit etiam per edictum conſtito ſummariè, et extraiudicialiter de non tuto acceſſu, contradictores, et rebelles quoſcumque pœnas prędictas incurriſſe declarandi, grauandi, et reaggrauandi, et interdicendi ſeruata forma Sac. Concilij Tridentini inuocato etiam ſi opus fuerit auxilio brachij ſęcularis, cęteraque omnia, et ſingula faciendi, dicendi, gerendi, et exercendi, ac etiam exequendi quę in prȩmiſsis, , et circa ea neceſſaria fuerint, & opportuna, ac procedendi etiam ſingulis diebus, & horis prȩterquàm in honorem Dei feriatis, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtilo Palatij, & Curię, quacumque reſponſione pro apoſtolis data, adeo quod pro illis amplius redire non teneatur, attento quod à diffinitiua, cæteriſque contrarijs quibuſcumque non obſtantibus ſtatum &c. pro plenè haben. &c.

Iſta Commiſsio incapſatur apud primum Reuiſorem natione Theutonicum: ſed prius eſt aduerten. quod procurator debet illam nomine proprio attergare iuxta recitatum ſenſum Signaturę ad obuiandum fraudibus, quę poſſent committi ab aliquo malitioſo, & poſtmodum referendariatur ab aliquo ex Referendariis Signaturę Iuſtitiæ; & ſic conſignata capſulę dicti D Reuiſoris ab illo legitur: & niſi aliquo defectu laboret, expeditur ab eodem, & ſignatur in quodam liberculo cum hoc titulo. *Expedita per Placet. Romana Seius*. Et ſic ſignata, & reuiſa ab eodem defertur ad Eminentiſsimum Cardinalem Sacchettum Prȩfectum, qui in eius calce apponit hęc verba: *Placet Sanctiſsimo D. N. Papæ I. Cardinalis Sacchettus*. Deindè dictus D. Reuiſor illam conſignat alteri officiali; qui eſt hodie D. Petrus Thedeſchus, qui illam accipit, & defert ad Illuſtriſsimum D. Regentem Cancellariæ, cuius officio hodie fungitur Illuſtriſsimus, et Reuerendiſsimus D. Iulianus Amadeus, vitę, ac morum honeſtate conſpicuus, qui D. Regens ſupra ſignaturam Eminentiſsimi Prȩfecti et ſtatim poſt terminatam Commiſsionem ponit hęc verba. *De mandato Sanctiſsimi D. N. Papa audiat Magiſter* (et hic ponit nomen vnius ex Prælatis præ-

præſentibus Romanæ curiæ, vel Auditoris Sac.Palatij) *citet, inhibeat, procedat, vt petitur, & iuſtitiam faciat*.

Iſta Commiſſio ſic duplici ſignatura ſignata reconſignatur eidem D.Petro Thedeſco, & ipſe poſtquàm eandem notauit in alio liberculo per ipſum retento, conſignat Magiſtro Curſorum retinenti officium propè Cancellariam Apoſtolicam, qui eidem D.Petro de eadem quietantiam facit ſubſcribendo ſe in dicto liberculo D.Petri.

Diligens ſolicitator, qui timet, quòd ſententia non tranſeat in iudicatum, poſt diem Commiſſionis Capſulæ D.Primi Reuiſoris, quæ it apud eumdem officialem liberculum publicè expoſitum ab hora vigeſima vſque ad vigeſimam ſecundam, ibique notat, an eius Commiſſio ſit inter expeditas, ſiue inter reiectas, vt rei ſui clientis proſpicere poſſit; ſi verò videt ibi expeditam, & celeriter ambulare deſiderat, adibit dictum D.Petrum, qui natura humaniſsimus omnibus operam propriam, & diligentiam præbet: Sequutaque iſta diligentia, non debebit obliuiſci adire Banchum D. Magiſtri curſorum, qui hodie eſt D. Virgilius Spada inter omnes diligentior electus ad exiſtendum tali officio, quique quotidie manè & ſerò præſidet, litigantibus ſeruiendo.

Si igitur reperies, commiſsionem perueniſſe ad dictum bancum, poteris illam incapſare ſoluendo conſuetam mercedem Collegio Curſorum, pro quibus ipſi Magiſtro, qui accipiens commiſsionem à tergo illius notat diem præſentationis, eamque incapſat.

Tu autem ſcies, quod in dicto Officio ſunt plures capſæ: duodecim enim deſeruiunt pro duodecim Sacræ Rotæ Auditoribus, & in vnaquaque legitur notatum nomen D. Auditoris, cui capſula dicata eſt: & in vnaquaque adſunt quatuor claues, & vnuſquiſque Notarius dicti D. Auditoris retinet ſuam clauem, ne Collegio, & Officijs fraus aliqua inferatur.

Adeſt etiam ibidem capſa Notariorum A.C. adeſt alia pro curia Capitolina, & alia vlterius pro cauſis commiſſariis, & commiſsis extra Rotam, in quibus reponuntur commiſsiones vniuſcuiuſque Tribunalis, proprijs Iudicibus conſignandæ, quorum Notarij ſolent habere libros, in quibus illas adnotant cum indicatione Notarij, ad quem ſpectat cauſa, & cui talis commiſsio conſignatur.

Datur poſtmodum citatio ſolita, vt infrà.

Citetur

R.P.D. BICHIO.

Romana.

Citetur D. Titius ex aduerso principalis ad dicendum contra commissionem vltimo loco in actis præsentatam, & iuxta illius formam videndum mandari procedi, & inhiberi ad statim, seu ad primam diem. Instante D. Seio principali, siue &c.

Cotuennius Notarius.

Ista citatio exequitur omnino personaliter, & nunquam domi dimissa copia, & reproducitur, & obtinetur decretum admissionis, & inhibitionis iuxta formam commissionis.

Quia vero quandoque solet euenire, vt pars quæ obtinuit commissionem in causa appellabili, postquam talis commissio peruenit ad manus Notarij, vel, non citat ad dicendum contra commissionem; vel, si citat, non reproducit citationem, ne pars vtatur beneficio celeritatis.

Tunc si citatus desiderat causam expedire, debet ipse obtinere commissionem, cum qua possit facere communem commissionem partis aduersæ, quia illę, quæ signantur sub banca, non sunt communes; sed debent tales fieri cum alia commissione ad id specialiter obtenta. Quod secus est dicendum in signatis in plena Signatura; quia illę sunt commissiones communes vtrique parti, & vnaquęque ipsarum potest illam incapsare, & citare ad dicendum contra commissionem.

Commissionis formula, cum qua fit communis commissio partis aduersæ.

Romana.

BEATISSIME Pater. Lata sententia in fauorem N. Sanctitatis Vestræ Oratoris appellauit B. aduersarius, & causam appellationis committi obtinuit R. P. D. N. Verum neque curauit, neque curat commissionem dictæ causæ communem facere cum citatione ad dicendum contra. Quia vero Pater Sancte valde interest Oratori litem disbrigare, & ad causę finem deuenire, humiliter suppli-

supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus dignetur committere & mãdare dicto R. P. D. N. cui dicta causa commissa reperitur, vt supradictam commissionem communem faciat ad instantiam Oratoris, perindè ac si illa ad ipsius fauorem signata reperiretur cum potestate citandi. & inhibendi, ac procedendi iuxta clausulas, & facultates in primo dicta commissione cōtentas præmissis nec non Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & curiæ, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus statum &c. pro plenè haben. &c.

Ista Commissio dirigitur per viam prioris supradictæ donec peruenerit ad bancum Cursorum, vbi præsentata incapsatur, & citatur ad dicendum contra Commissionem, & cum ista citatione fit communis antedicta, & cum eadem poteris procedere, prout opus ad causæ expeditionem, sed Deus liberet te à cauilloso aduersario, vel Procuratore.

De Commiss. appellat. extra Curiam. Anconitana.

BEATISSIME Pater. Pendentibus lite, & causa coram Episcopo Anconitano, seù eius Vicario generali, causa, & occasione certæ pecuniarum summæ scutorum quinquaginta in prima Instantia inter deuotum S.V. Oratorem I.V.D. Carolum Panciragliam actorem ex vna, ac D. Dominicum Fatiolum aduersarium reum conuentum placuit eidem Iudici non minus nulliter, quàm iniuste ad fauorem dicti Dominici, & contra Oratorem mediante sententia diffinitiua, vel decreto vim illius habente pronunciare, à qua Orator sentiens se læsum, & grauatum infra legitima tempora appellauit ad S.V. & de nullitate dixit, & iniustitia. Dignetur igitur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac quam, & quas &c. vna cum omnibus, & singulis emergen. dependentibus, annexis, connexis, totoque negocio principali summariè simpliciter, & prout in beneficialibus audien. cognoscen. deciden. fineque debito, prout iuris fuerit, terminan. alicui ex ordinarijs vicinioribus, seu alicui probo viro illarum partium

partium in dignitate Ecclesiastica constituto, in quem si partes consenserint, procedat, sin minus vocatis partibus alterum deputet de consensu, & aliàs eo deficiente etiam ex officio cum potestate citandi, & inhibendi, quos, quibus, toties, & quoties opus fuerit, quauis dignitate etiam si Episcopali, vel &c. muniti fuerint etiam sub censuris, et pœnis Ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicandis, et moderandis, contradictores, et rebelles in pœnas pręfatas incidisse declarandi, grauandi, et reaggrauandi, et interdicendi. Inuocato quatenus opus erit auxilio brachii sęcularis, seruata forma Concilii Tridentini, attentata, et innouata quęcumque in primis, et ante omnia reuocandi; fataliaquè toties quoties opus fuerit, prorogandi, ac Oratorem in integrum aduersus eorum lapsum, vel aliàs saltem cum clausula generali, si qua mihi iusta causa, etc. prout iuris fuerit, restituendi, cęteraque omnia, et singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, et exequendi in pręmissis, et circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna, præmissis nec non Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis stilo Palatii, et Curię Bonifatii VIII. Prędecessoris S. V. de vna, et Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres, cęterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus statum etc. pro plene haben. etc.

Et cum absolutione à censuris ad effectum etc.

Et per Breue S.V. expediendum.

Ista commissio obsignatur à tergo nomine, & cognomine procuratoris, & referendariatur à D. Referendario per concessum, & traditur Capsulæ dicti primi Reuisoris, qui expedit illam per Signaturam Eminentissimi D. Cardinalis Sacchetti pariter per concessum; & sic subsignata fertur ad Datariam, & consignatur officijs eiusdem, per quę transiens peruenit ad regestrum.

Ideò si vis cautè, & diligenter procedere, vltra nomen procuratoris debes etiam apponere à tergo nomen alicuius ex registratoribus, quia hac ratione facilè illam inuenies in libro, qui retinetur apud distributores scriptam sub nomine illius registratoris, quem notaueris in ea.

Reperta igitur Commissione necesse est, quod registretur in libris dictę Datarię à dicto, vel alio registratore, cui pro mercede soluuntur tres, aut quatuor Iulij: & postquam fuerit registrata, consignatur cuidam officiali existenti penes Illustrissimum & Reuerendissimum D. Emerix infrascriptorum Breuium Secretarium,

à quo officiale accepto scuto vno monetę, fit minuta Breuis, quod inscribitur in pergameno, & signatur annulo Piscatoris, & dirigitur illi Iudici, cui causa commissa repetitur: & pro isto Breue vidi, quod dantur scutum aureum in auro, septem iulij, & quarta pars iulij, quę monetę soluuntur illi, qui tale Breue consignat, ad hoc vt illo possis vti in partibus coram Iudice delegato: et in istis terminis non comprehenditur, quod debetur pro commissione, et solicitatione.

Commissio cum clausula, appellatione remoto. Romana.

BEATISSIME Pater. Decessit anno prętcrito Titius absque aliquo testamento, relictis in eius hęreditate pluribus stabilibus, mobilibus, et semouentibus. Et quia Sempronius, Titius, et alij eius Creditores, vel proximiores in gradu etc. agunt coram diuersis Iudicibus Romanę Curię pro consequendis eorum creditis, vel cùm sint sanguine coniuncti lites inter eos dirimendę veniant quantocitius, ne odia nutriantur etc. et laboribus, & expensis, quę in diminutionē bonorum, et creditorum damnum ac maximum illorum detrimentum, vel hæreditatis tendunt, ex quibus postea non aderit congrua satisfactio pro creditoribus; Ideò supplicant humiliter S.V. quatenus causam, & causas, ac quam, et quas etc. cum suis omnibus, et singulis incidentibus etc. vel quatenus etc. pręuia auocatione causę, et causarum huiusmodi à quouis Romanę Curiæ Iudice quacumque authoritate etiam delegata fungente, eas alicui Sac. Palatij Vestri Apostolici Auditori, vel Locumtenenti, aut A.C. cum voto duorum Locumtenentium, aut etiam alicui S.V. benè viso cum voto Rotę committere, et mandare dignetur summariè, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, ac omni, et quacumque appellatione, reclamatione, recusatione, et restitutione in integrum remotis, cum potestate citandi, et inhibendi etc. Cætera pones, prout in alijs Commissionibus.

Non posui processum executionis litterarum Apostolicarum, quia hoc fuit factum à dicto D. meo Gratioso Vberto; et ideò in ista appendice est necesse apponere etiam Formulam Commissionum

num appellationis, quę ſunt neceſſarię in beneficialibus. Igitur hęc eſt

Formula Commiſsionis appellationis ab executione Breuis, & litterarum Apoſtolicarum. Tarraconen.

BEATISSIME Pater. Vertente lite coram A.C. Baranzono inter nobilem Doctorem Franciſum Frigolam S.V. Oratorem ex vna, ac R.Gregorium de Eſcobedo ex altera partibus de, et ſuper beneficio Sancti N. prout in proceſſu, de quo in actis; Idem D. A. C. Baranzonus non minus nulliter, quàm iniuſte mediante ſententia diffinitiua, vel decreto vim illius habente decreuit, immiſſionem eiuſdem beneficij dandam eſſe ipſi aduerſario. Et quia cauſę beneficiales de ſui natura ſunt Rotales, et Orator à dicto grauamine infrà legitima tempora appellauit ad Sanctitatem Veſtram; Idcircò humiliter eidem ſupplicat, quatenus cauſam, et cauſas appellationis, et appellationum infrà legitima tempora interpoſitę, et interpoſitarum, nec non nullitatis, et nullitatum ex tribus iniquitatis, et notorię iniuſtitię attentatorum, et innouatorum quorumcumque etc. Sequatur commiſsio in reliquis iuxtà formam, quam habes ſupra.

Iſta Commiſsio ſi incapſatur ſine clauſula, *ſine praiudicio litterarum Apoſtolicarum*, ſolet reformari, et reformatoria erit vt infrà.

BEATISSIME Pater. Si Nobilis doctor Franciſcus Frigola in præinſerta pro Oratore nominatus S.V. narraſſet, prout non ſine fraude tacuit, quod ſupradictus A.C. Baranzonus proceſſit in fauorem Gregorij Eſcobedo vigore Breuis de capienda poſſeſſione nomine Camerę, ſeù pro executione litterarum Apoſtolicarum, ac ſer. ſer. & ver. verb. & aduerſario ad ſaturitatem audito, & pronunciauit in fauorem litterarum Apoſtolicarum, ac declarauit ipſum aduerſarium incurriſſe cenſuras, & pœnas in eiſdem litteris

 con-

contentas, seù comminatas ob non paritionem, seù ob non dimissionem possessionis dicti Benefici, Sancti N.

Vel etiam quia ad earum debitam executionem subterfugiendam, vt se in intrusione consoueat &c. (adde verba secundum facti qualitatem) vtique præinsertam non extorsisset. Quia verò P. Sancte dolosus Orator impetratis gaudere non debet, & ab executione litterarum Apostolicarum, & à censuris latis in Romana Curia non datur appellatio suspensiua; Ideo dictus Orator humiliter supplicat S.V. quatenus dignetur committere, & mandare eidem Auditori, cui præinserta directa reperitur, vt in causa, & causis prædictis procedat perinde, ac si dicta præinserta signata fuisset cum clausula Parito Breui, vel sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum cum potestate citandi, & inhibendi &c. (& ponantur etiam istæ clausulę) præinserta, & inhibitione illius vigore emanata, vel emananda, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus statum &c. pro plenè haben. &c.

Formula Commissionis appellationum in causis pensionum. Ferrarien.

BEATISSIME Pater. Moto Iudicio coram A.C. Melchiorio contra S.V. Oratorem B. super solutione pensionis annuæ ducatorum vigintiquinque, vt prætenditur reseruatæ super fructibus Ecclesiæ Parochialis loci N. per D. B. aduersarium, placuit eidem A.C. Melchiorio non minus nulliter, quam iniustè Oratorem ad solutionem prædictæ pensionis condemnare, & censuras, & pœnas in litteris contentas incurrisse declarare. Verum quia dicta pensio est nulla, & quia reseruata fuit cum clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, seù dummodo medietatem fructuum non excedat, & suam intentionem, ac conditionem in litteris contentam aduersarius non iustificauit; Ideò dictus Orator S.V. sentiens se grauatum ad eamdem S.V. infrà legitima tempora appellauit, ac dixit de nullitate prædictæ pensionis. Dignetur itaque S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum infrà legitima tempora interpositæ, & interpositarum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, ac notoriæ iniustitiæ, attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac quam, & quas &c.

vna

vna cum omnibus, & singulis suis incidentibus, emergentibus, annexis, connexis, totoque negocio principali, alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, vel Locumtentanti audien. cognoscen. deciden. fineque debito, prout iuris fuerit, terminan. committere, & mandare cum potestate dictum aduersarium, omnesque alios &c. citan. & eisdem sub ecclesiasticis censuris, & pœnis inhiben. &c. contradictores, & rebelles pœnas prædictas incurrisse declarandi, grauandi, reaggrauandi & interdicendi inuocato, si opus sit, auxilio brachij sæcularis, seruata forma Sac. Concilij Tridentini Oratoremque à censuris simpliciter, vel ad cautelam absoluendi, cęteraque omnia, & singula facien. &c. in pręmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna pręmissis &c.

Aduertas, quod si pensio non est nulla, sed reducibilis, factum aptabis iuxta subiectam materiam.

Formula reformatorię prædictæ Commissionis.

Ferrarien.

BEATISSIME Pater. Si N. aduersarius in præinserta pro Oratore nominatus exposuisset Sanctitati Vestræ, quod pro pensione prædicta actum fuit executiuè coram A. C. legitimo executore litterarum Apostolicarum in specie deputato, & quod dictæ litterę habent executionem paratam, nec admittunt appellationem suspensiuam, & quod Orator est in pacifica, & quieta possessione illam exigendi tam ab ipso aduersario, quam ab eius antecessoribus, & quod ab A. C. fuit legitimè excommunicatus ob non solutionem illius, vtique præinsertam non extorsisset. Quia verò Pater Sancte falsus precator impetratis gaudere non debet: Ideò humiliter supplicat Sanctit. Vest. quatenus dignetur committere, & mandare dicto A. cui præinserta commissa reperitur, vt in causa, & causis prędictis procedat perinde ac si dicta præinserta signata fuisset cum clausula non retardata solutione pensionis, nec executione litterarum Apostolicarum, & cum potestate citandi, &c. Oratoremque in possessionem exigendi dictam pensionem in primis, & ante omnia manutenendi mandataque necessaria, & opportuna sub suo paruo sigillo regula contraria non obstante toties, quoties opus fuerit, decernendi, relaxandi,

exequen-

exequendi, & exequi mandandi, cæteraque omnia, & ſingula faciendi, &c.

Formula Commiſſionis appellationis in cauſis decimarum. Cracouien.

BEATISSIME Pater. Licet S. V. Oratores incolæ Caſtri ſeu loci A. Diœceſis Cracouien. nunquam ſoluerint decimas Rectori Parochialis Eccleſiæ ſancti Ioannis, ſemperque fuerint immunes, & exempti ab illarum ſolutione; Quia nihilominus Vicarius Generalis Epiſcopi Cracouienſis non minus nulliter, quam iniuſtè, mediante diffinitiua, vel decreto vim illius habente pronunciauit Oratores teneri ad illarum ſolutionem in fauorem dicti Rectoris aduerſarij: Propterea ipſi ſentientes ſe grauati appellarunt ad Sanctitatem Veſtram. Dignetur igitur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ iuſtitiæ, attentatorum & innouatorum quorumcumque, ac quam, & quas, &c. vna cum omnibus, & ſingulis inciden. emergen. annexis, connexis, totoque negocio principali alicui Sac. Palatij Veſtri Auditori, vel Locumtenenti deciden. cognoſgen. fineque debito ſummariè, & prout in beneficialibus terminandas committere, & mandare cum poteſtate citandi, &c.

Formula Reformatoriæ. Cracouien.

BEatiſſime Pater. Si incolæ loci, &c. aduerſarij in præinſerta pro Oratoribus nominati expreſſiſſent Sanctitati Veſtræ, quod Rector ſancti Ioannis fuit, & eſt in pacifica, & quieta poſſeſſione, vel quaſi exigendi decimas, de quibus agitur, & quod poſt longas lites dictus Vicarius Generalis pronunciauit ad fauorem Eccleſiæ condemnando aduerſarios ad illarum ſolutionem;

vtique

vtique præinſertam ſubreptitiè,& obreptitiè non extorſiſſent. Quia verò Pater Sanctè agitur de cauſa decimarum, in qua non datur appellatio ſuſpenſiua: Ideò humiliter ſupplicat, quatenus dignetur committere, & mandare eidem Auditori, vt in cauſa, & cauſis prędictis procedat perinde ac ſi præinſerta ſignata fuiſſet cum clauſula, Non retardata ſolutione decimarum (vel ſi eſſet capta executio) cum clauſula, ſine retardatione vlterioris executionis, & ſolutionis decimarum (vel etiam ſi adeſſet res iudicata) poſſet fieri mentio de ea, vt puta: Et quia Eccleſia habet rem iudicatam quæ parum ſibi prodeſſet, niſi debitę executioni demandaretur; Ideò ſupplicat Sāctitati Veſtrę, quatenus dignetur iniungere eidem Iudici, vt procedat cum clauſula, Parito iudicato. Et ſi vis cautius agere, poſt clauſulam cum poteſtate citandi, &c. adde, ac Oratorem manutenendi in poſſeſſione, vel quaſi decimas præfatas exigendi, mandataque inſuper neceſſaria, & opportuna etiam ſub paruo ſigillo decernendi, & relaxandi, regula contraria non obſtante.

Formula commiſsionis appellationis in Saluiano, & alijs. Romana.

BEATISSSIME Pater. Dignetur Sanctitas Veſtra cauſam, & cauſas appellationis, & appellationum infra legitima tempora interpoſitæ, & interpoſitarum à ſententia diffinitiua, ſeu decreto vim illius habente lata, ſeù facto per A. C. in prima inſtantia in aſſertum fauorem Decij contra, & aduerſus Sanctitatis Veſtrę Oratorem Alexandrum de, & ſuper immiſsione ad poſſeſsionem Caſalis nuncupati, &c. poſiti in territorio Romano in contrada, &c. occaſione fructuum cenſus aliàs impoſiti per Decium in fauorem ipſius aduerſarij ad retinendum donec, & quouſque fuerit de fructibus dicti cenſus decurſis, & decurrendis ſatisfactus, rebuſque alijs, &c. nec non nullitatis, et nullitatum ex tribus, iniquitatis, et notoriæ iniuſtitiæ, attentatorum, et innouatorum quorumcumque, ac quam, et quas, etc. vna cum omnibus & ſingulis inciden. etc. alicui Sac. Palatij Veſtri Auditori, etc. audien. cognoſcen. fineque debito ſummariè, et prout in beneficialibus terminan. committere, et mandare, etc.

Si vis reformatoriam pro isto,& omni alio casu, potes tibi componere similem superioribus, narrando circumstantias, propter quas appellatio suspensiua committi non debuit.

Ex superioribus poteris tibi formare commisionē appellationis à mandato de euacuando, à laudo Peritorum, à condemnatione in causis alimentorum, à condemnatione in causis mercedum, et sic poteris facere circa Reformatoriam: et idem dico de commissione ab interlocutoria.

Formula commissionis super reuocatione attentatorum.

BEATISSIME Pater. Lata sententia per A. C. Baranzonum in causa,et causis pendentibus coram eo inter deuotum Sanctitatis Vestræ Oratorem Gabrielem Duprè Mercatorem Gallum actorem, et Petrum Basset aduersarium, in qua ipsum Oratorem condemnauit ad illi dandum, et soluendum scuta, etc. licet nulliter, et iniuste à tali sententia fuit infra legitima tempora appellatum, et causa à Sanctitate Vestra commissa R. P. D. Capiciolatro, qui in forma inhibuit. Verum quia dicta inhibitione non obstante dictus Petrus attentando processit ad executionem mandati, & Oratori valdè interest atttentata reuocari: Supplicat humiliter Sanctitati Vestræ, quatenus causam, et causas attentatorum, et innouatorum, nec non in futurum attentandorum, ac quam, et quas, etc. eidem R. P. D. Capiciolatro, cuius maiestas læsa fuit, committere, et mandare dignetur cum potestate citandi, etc. contradictores, et rebelles, etc. attentata, et innouata, ac attentanda, et innouanda in primis, et ante omnia reuocandi, cæteraque omnia, etc. constitutionibus, etc.

Aduerte, quod si causa fuisset commissa in Rota, debes dicere, Verum inhibitio Rotalis iuxta, vel iniusta est timenda.

Com-

Commißio ſuper alienatione rei litigioſę. Romana.

BEATISSIME Pater. Pendente lite coram A. C. Melchiorio inter A. Sanctitatis Veſtræ Oratorem, et B. aduerſarium ſuper quadam Domo ſita, etc. iuxta, etc. in proceſſu cauſæ, et cauſarum, de quibus in actis idem B inique agendo in ſpretum litis incidit pœnam litigij vendendo dictam domum cuidam C. prout ex inſtrumento, etc. Verùm quia cecidit propterea ab omni ſuo iure, et Oratori valde intereſt attẽtata, et innouata reuocare: Ideo ſupplicat humiliter Sanctitati Veſtræ, quatenus dignetur iniungere eidem A. C. Melchiorio, vt cauſam, et cauſas dictorum attentatorum, innouatorum, et litigij committere, et mandare: qui conſtito de præmiſsis ſummarie, et quantum ſibi ſufficere videbitur ad illorum reuocationem in primis, et ante omnia procedat, procedique mandet, et faciat cum poteſtato citandi, etc.

Iſta commiſsio non adeo practicatur, quia quando litigium committitur in actione reali (quod tamen non intrat in perſonali) tunc proceditur ad vlteriora ſine commiſsione, et citatur ille, in quem fuit facta alienatio pro ſuo prætenſo iure, et intereſſe, et quatenus veniat citandus de notorio.

Commißio reſtitutionis in integrum. Romana.

BEATISSIME Pater. Vertente lite coram A. C. in prima inſtantia inter Sanctitatis Veſtra Oratorem A. abſentem à curia, et B. Aduerſarium præſentem de et ſuper etc. placuit dicto A. C. Sanctitatis Veſtrę Oratorem condemnare ad ſoluendum dicto aduerſario ſcuta centum, et Procurator Oratoris neglexit infra legitima tempora appellare. Dignetur itaque Sanctitas Veſtra cauſam, et cauſas appellationis, et appellationum à tempore, quo Oratori permiſſum fuit, interpoſitæ, et in-

terpoſitarum, nec non nullitatis, et nullitatum ex tribus iniquitatis, et notoriæ iniuſtitiæ; ac gratioſę reſtitutionis in integrum attento quod negligentia Procuratoris principali obeſſe nõ debet, ac quam, et quas, etc. vna cum omnibus, et ſingulis inciden, annexis connexis, totoque negocio principali alicui Sac. Palatij Veſtri Auditori ſummarie, prout in beneficialibus committere, et mandare dignetur, vt ipſum Oratorem ad appellandum, prouocandum, et dicendum de nullitate admittat perinde ac ſi duraret tempus legitimum ad appellandum: aliaque omnia, et ſingula faciat, gerat, et exequatur in prǽmiſsis, et circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna, cum poteſtate citandi, et inhibendi, etc. contradictores, et rebelles, etc. ac Oratorem ante omnia ex clauſula ſaltem generali, ſi qua mihi, etc. cæteraque omnia, etc. Oratorem aduerſus alia in primis, et ante omnia, prout iuris fuerit, reſtituendi, plenarie reponendi, et reintegrandi, cęteraque omnia faciendi, etc.

Ex iſta commiſsione mutatis mutandis potes habere formulam aduerſus aditionem hæreditatis damnoſæ, aduerſus lapſum fatalium, aduerſus venditiones iniuſtas, et in alijs caſibus: potes enim faciliter compendiare factulum in principio commiſsionis, deinde petere, vt Papa committat cauſam reſtitutionis, et deinde apponere clauſulas, quas ſuperius obſeruaſti.

Non poſſum ommittere Reformatoriam, quia hac etiam vtimur pro executione ſententiarum. Igitur

Formula executorialis, ſeu Reformatoriæ aduerſus reſtitutionem in integrum. Romana.

BEATISSIME Pater. Si B. in prǽinſerta pro Oratore nominatus narraſſet Sanctitati Veſtræ (prout non ſine fraude, & dolo tacuit) quod cauſa de qua agitur, fuit per plures inſtantias ventilata, & quod aduerſarius Oratorem diù defatigauit, ipſumque malum ius fouere, vtique præinſertam minimę

nimè obtinuisset. Quia verò Pater Sancte, obuiandum est fraudibus litigantium, vt aliquando finis litibus imponatur, quia parum esset sententiam, ac rem iudicatam habere, nisi debitę executioni demandarentur, ac ne falsus precator in pręinserta sua malitia gloriari contingat. Propterea dictus Orator humiliter supplicat S V. quatenus dignetur eidem R.P.D. &c. cui præinserta directa est, committere, & mandare, vt pręfixo dicto aduersario aliquo breui, & peremptorio termino ad docendum de legitima appellatione, eiusque legitima executione, prętensis nullitatibus, ac causis restitutionis in integrum, per omne genus probationis, quo elapso, & nihil quod releuet docto, constito de re iudicata, vel quod aliàs executioni locus sit, ad illius executionem procedat, ac expensas in causa factas, & vsque ad finem faciendas taxet, & moderetur, ac pro illis, & contentis in sententijs quodcumque mandatum desuper necessarium, & opportunum decernat, & relaxet, ac exequi mandet & faciat vsque ad totalem tam sortis, quàm expensarum satisfactionem, sub suo paruo sigillo, regula contraria non obstante, & alia faciat, gerat, & exequatur in pręmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna, cum potestate citandi &c.

Commissio vnionis causarum. Romana.

BEATISSIME Pater, Anno pręterito defunctus est Ludouicus Grignanus librorum impressor suo vltimo condito testamento, in quo hæredem sibi instituit vniuersalem Claudiam eius germanam Sororem: & quia insurrexerunt multi illius asserti Creditores, quidam coram A.C. alij coram Vrbis Gubernatore, alij in Tribunali Creaturę Vestræ Cardinalis Vicarij, alij verò in Curia Capitolina, & alij forsan in alijs Tribunalibus in maximum creditorum, & hęreditatis detrimentum, adeo vt Oratrix hęres illius cum beneficio legis, et Inuentarij tot in Tribunalibus vocata non possit tot sumptus sustinere, iura tueri, et hęreditatem defendere; stante pręcipuè numero scripturarum, quæ in forma probanti coram vnoquoque Iudice sunt producendę. Quia verò valdè eidem interest non vexari coram tot diuersis Iudicibus pro eadem re, et causa; Ideò supplicat humiliter S.V. quatenus præ-

uia auocatione causę, et causarum huiusmodi occasione dictæ hereditatis coram quibusuis Romanæ Curiæ Iudicibus pendentium in statu, & terminis, inquibus vnaquæque illarum reperitur, omnes ad se auocare, illasque sic auocatas & insimul vnitas alicui Romanæ Curiæ Iudici ordinario committere, & mandare dignetur, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. summariè omni, & quacumque appellatione remota cum suis inciden. dependen. annexis, & connexis, totoque negocio principali, ac quam, & quas &c. cum potestate citandi &c. priuilegijs, & indultis prefatis Tribunalibus, vel vnicuique personæ, vel loco concessis etiam in corpore iuris clausis, legibus quoque Statutis Vrbis etiam iuramento vallatis, cæterisque contrarijs, nec non Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis stilo Palatij, & Curię, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstan. statum &c. pro plene, & sufficienter expressis haben.

Si venerit casus alicuius discussionis poteris vti eadem Commissione mutatis facto, & alijs secundum contingentiam.

Commissio auocatoria causarum propter priuilegia. Spoletana.

BEATISSIME Pater. Cum quidam A. prætenderet se Creditorem q. B. Aesini à multis annis defuncti, non tamen vigore obligationis Cameralis (vel ius super domo, prædio, & similibus) cœpit molestare C. & D. S. V. Oratores eius heredes cum beneficio legis, & inuentarij in pupillari ætate constitutos &c. (siuè minores) coram Iudice de partibus non minus nulliter, quàm iniuste. Verum quia ex priuilegio in corpore Iuris clauso, & vigore legis vnicæ Oratores trahunt, & non trahuntur extra Prouinciam (seù ob aduersarij potentiam) in partibus litigare per horrescūt, vbi Iustitię complementum non sperāt consequi, prout iurare paratus est, & quatenus opus sit etiam iurat: Ideò supplicant S. V. quatenus pręuia auocatione &c. causam, & causas prędictas ad A. C. remittere, & quatenus opus sit committere, & mandare dignetur audiendas &c. cum potestate &c. vt supra &c.

Alia

Alia similis propter suspicionem Maceraten.

BEATISSIME Pater. Vertente lite, & causa coram Episcopo Maceraten. vel eius Vicario generali inter Sanctitatis Vestr. Oratorem A, & B. aduersarium de, & super &c. idem Iudex nimis animose procedens (narretur hic factum) se Oratori suspectum reddidit, prout iurare paratus est, & quatenus opus etiam iurat in manibus Sanctitati Vestræ adeo quod coram eo iustitię complementum consequi non speret. Et quia durum est nimis coram Iudice suspecto litigare; Ideò dictus Orator humiliter supplicat S. V. quatenus preuia auocatione causæ, & causarum huiusmodi alteri Episcopo, vel Ordinario viciniori, vel eius Generali Vicario committere, & mandare dignetur audien. Sequere, prout in alijs, &c.

Sed aduerte, quod si causa est instructa, vel fuit consensum in iurisdictione, tunc talis commissio non conceditur, & si datur, tales clausulæ solent semper apponi.

Alia similis propter absentiam. Romana.

BEATISSIME Pater. Pendente in gradu appellationis causa coram R. P. D. Franciotto inter A. & B. dictus R. P. D. Franciottus non ita citò rediturus à curia se absentauit (vel ad Episcopatum, vel ad Cardinalatum fuit à S. Vestr. promotus, vel eam ad Cancellariam remisit). Et quia dicto Oratori valde interest Iudicem habere, coram quo citius possit ad suæ causæ expeditionem deuenire: Ideò humiliter supplicat S. V. quatenus præuia quacumque auocatione causę, & causarum huiusmodi, quatenus opus sit, in locum dicti R. P. D. Franciotti absentis alium Romanę curiæ Prælatum illi benè visum, vel de consensu partium in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, ac iuxta formam aliarum commissionum in actis præsentatarum, subrogare dignetur cum facultatibus citandi, & inhibendi, &c. ac alijs in-

dictis

dictis commissionibus contentis, & iuxta eas, & alijs necessarijs, & opportunis, &c.

Commißio vigore cap. Oblatę.

QVando verò habes litem cum cùm callido aduersario, qui appellauit legitimè, & habuit, verbi gratia terminum iuris etiam secunda vice, adeo vt non teneatur amplius redire pro apostolis, vel apostolos reuerentiales, & fecit committere causam appellationis; & tu desideras expeditionem illius: est tibi necessaria huiusmodi commissio.

BEATISSIME Pater. Lata sententia per A. C. Baranzonum in fauorem S. V. Oratoris Andreæ, Sacchi causa, & occasione quarundam picturarum celeberrimarum per ipsum depictarum, de quibus in actis contra N. dictus N. à tali sententia appellauit, & in responsione habuit apostolos reuerentiales. Verùm quia more reorum fugiens, vt diutius se à solutione scutorum mille pro earum pretio liberetur, non curat causam appellationis committi facere; Quia verò Oratoris valde interest quantocitius causam, & causas huiusmodi via iuris decidere, & terminare, ac quod suum est, celerius consequi; Ideò humiliter supplicat S. V. quatenus causam, & causas appellationis, & appellationum interpositę; & interpositarum per dictum aduersarium, nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, ac notoriæ iniustitiæ, nec non quam, & quas, &c. vna cum omnibus, & singulis suis depedentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negocio principali alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, vel Locumtenenti audien. cognoscen. deciden. & summariè, prout in beneficialibus terminan. committere, & mandare dignetur, cum potestate citandi, & inhibendi in curia, & extra, &c.

De Commiſſione ſanatoria nullitatum.

COntingit quoque sępius ex causa nullitatum, quę quotidie committuntur, quod egemus commissione sanatoria illarum; Ideò quando voles illam formare, debebis narrare factum

ſactum nullitatis, ſiue prouenerit ex non tranſportatione actorum ſiue ex alia cauſa, & deinde ſupplicare pro ſanatoria, & adijcies clauſulas, prout in alijs commiſſionibus, vt puta,

Romana.

BEATISSIME Pater. Litigarunt diù S. V. Orator A. & B. aduerſarius de, & ſuper pertinentia iuriſpatronatus, & latis ad fauorem Oratoris duabus conformibus, dum tertiam expectabat, dictus aduerſarius cœpit prętendere, examen, in quo deſcendentia Oratoris probata fuit, eſſe nullum, & inualidum; ſub prętextu, quod teſtes iurauerint extra tempus per Iudicem præfinitum. Verum quia Pater Sancte illorum examen factum fuit cum interrogatorijs partis, & aduerſarius iſtam prętenſam nullitatem in alijs inſtantijs non deduxit: dictus Orator humiliter ſupplicat S. V. quatenus ipſum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequendo dignetur committere, & mandare R. P. D. Peutingerio, coram quo cauſa pendet in tertia inſtantia, vt pręuia nullitatis, & nullitatum ſanatione, quatenus opus ſit, in cauſa ad vlteriora procedat, pretenſa nullitate, & alijs quibuſcumque non obſtantibus, ſtatum, &c. pro plenè haben, &c.

Commiſsio ſanatoria apocæ. Sabinen.

BEATISSIME Pater. Lęlius aduerſarius in forma Cameræ obligatus ad ſoluendum S. V. Oratori Roberto ſcuta centum monetę vigore apocę ab ipſo ſcriptę, & ſubſcriptæ, citatus ad ſoluendum allegauit dictę apocę nullitatem, ex quo non fuit archiuiata ad formam conſtitutionum Sixti Quinti, Vrbani Octaui, & aliorum S. V. Prædeceſſorum. Quia verò Pater Sancte dictus aduerſarius eſt verè debitor Oratoris, & cum ipſius iactura locupletari non debet; humiliter dictus Orator ſupplicat S. V. quatenus dignetur committere, & mandare Veſtræ Cameræ Archiuiorum Præfecto, ſeù Creaturæ Veſtræ Camerario, vt inhibitionem, ſi quam pars aduerſa obtinuit, moderetur; & refectis dicto aduerſario expenſis, ſanatoriam aduerſus quamcumque nullitatem ob dictam

non

non archiuiationem concedat, dictamq; apocam archiuiare mandet, & faciat, causamque ad suum Iudicem successiuè remittat iuxta eius ordinarias facultates, aliaque omnia, & singula faciat, dicat, exerceat, & exequatur in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, præmissis nec non quacumque nullitatis acceptatione, nec non constitutionibus Sixti Quinti, Vrbani Octaui, & aliorum S. V. Prædecessorum, nec non alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus statum, &c. pro plenè haben. &c.

Commissio absolutionis ad effectum agendi. Aesina.

BEATISSSME Pater. Dominicus Capuccius S. V. Orator sub die, etc. mensis, etc. anni, etc. per acta Ioannis Camilli Spaccalossi Notarij publici de Corinaldo permutauit prædium rubrorum, etc. situm in territorio, etc. iuxta, etc. cum Lęlio, etc. qui eidem dedit alium prędium rubrorū, &c. sitorum, etc. iuxta, etc. prout ex instrumento rogato die. etc. cui S. V. relatio haberi placet cum omnibus suis qualitatibus, perinde ac si pręsentibus de verbo ad verbum insereretur. Sed quia P. S. Orator se valdè læsum in dicta permutatione extitisset, cum multo maioris valoris sit prędium ab Oratore traditum; nec ęquitas, vel ius patiuntur, quod cum tanta Oratoris iactura eius aduersarius locupletetur cupiens via iuris ad resciſsionem prędicti contractus deuenire, quia in eodē d. Orator iurauit nullam petere, absolutionē, seu relaxationem à iuramento, seu iuramentis ex quauis causa, et occasione cogitata, vel non cogitata, ac deinde iurauit etiam se esse maiorem viginti annorum cum non esset, et postea in fine contractus generaliter de adimplendo, et obseruando omnia in eo contenta cum alijs amplissimis clausulis, et renunciationibus, vt ex eo apparet. Et quia obstāt Oratori dicta iuramenta quæ non debent esse vinculum iniquitatis, nec minus impeditiua, ne suam læsionem, vel dolum dictus Orator iure medio detegere possit coram aliquo ex iudicibus Romanæ curiæ; Ideò supplicat S. V. quatenus ipsum specialibus fauoribus, et gratijs prosequendo dignetur

in

in primis, et ante omnia abſoluere à iuramento de abſolutione ab ipſo præſtito non petenda, et deinde ſic ab illo abſoluto ad effectum agendi, et excipiendi relaxare omnia ſupradicta iuramenta prænarrata, ac in dicto inſtrumento appoſita directè, vel indirectè, et virtualiter, intellectualiter, vel extinctiuè, adeò quod illis non obſtantibus, iure medio abſque vllo periurij reatu agere poſsit cum poteſtate citandi, etc. contradictores, ac contractum prædictum cum omnibus ſecutis annullandi, et reuocandi, cæteraque omnia, etc. præmiſsis, nec non conſtitutionibus, etc. ſtatum, etc.

Et hac formula commiſsionis poſſut vti petentes aboſolutionem huiuſmodi ab Ordinarijs, quia eſt ampla, et neceſſaria, et præcipuè Romæ, vbi Notarij tribunalis Eminentiſsimi D. Vicarii nimis ſiccè illas extendunt.

Commiſsio admiſsionis ad bonorum ceſsionem. Narnien.

BEATISSIME Pater. N.S.V. Orator ob diuerſa infortunia abſque propria culpa, et propter diuerſas fideiuſſiones factas, et ſolutas reductus eſt ad paupertatem extremam; Et licet omnia ſua bona Creditoribus conſignauerit, et ipſe omnem diligentiam adhibuerit cæteris ſatisfaciendi, vel illos concordandi; id tamen ſibi fuit impoſſibile propter dictam inopiam: vnde dubitans vigore mandatorum, quę ſui Creditores habent in manibus, carceribus mancipari, ibique vitam miſerrimè terminare cum maximo ſuo, et familiæ damno, et nulla cum Creditorum vtilitate, quibus dare eſt impoſſibile quod non habet; Ideò vt à pręmiſſis, ſe poſſit liberare ad infelicem bonorum ceſſionem ſtatuit deuenire. Supplicat proptereà humiliter S.V. quatenus dignetur committere, et mandare D. Gubernatori Ciuitatis Narnię, vt dictum Oratorem ad dictum beneficium ceſſionis bonorum admittat, ſeruata forma motus proprij, et prout de iure; et non alias etc. admiſſum manuteneat etc. cum poteſtate citandi etc. In fine verò ponatur, Quoniam extra Curiam, et cum abſolutione à cenſuris etc. et per Breue S.V.

Commiſsio pro non delatione bireti viridis. Vrbis.

BEATISSIME Pater. N.S.V. Orator ob diuerſa infortunia fuit admiſſus ad miſerabile beneficium ceſſionis bonorũ: ſed quia id non ſua culpa prouenit, et Orator eſt honeſta familia natus, et onuſtus inutili familia, trium præcipuè puellarum in nubili ętate conſtitutarum, quæ ipſe bireti viridis delationem cogeretur, nuptui nunquam tradi poſſent, et, ſi ab Vrbe ipſum abeſſe contingeret, in ſiniſtrum forſan abſque patre, et matre, qui honoris cauſa earum curam gerit, laberentur. Cumque aliquando creditoribus ſatisfacere poſſe ſaltem in parte non deſperet: humiliter ſupplicat S. V. quatenus ipſum ſpecialibus fauoribus proſequendo, vt abſque delatione bireti viridis, non obſtante motu proprio, ceſſione bonorum ſibi conceſſa vti, frui, et gaudere poſſit modo, et forma ſibi conceſſa denuò indulgere, et concedere dignetur, et eidem carc. rum Præſidi, qui illam ſibi conceſſit, vt Oratorem ſic admiſſum defendat, et manuteneat perindè ac ſi verè, et effectualiter dictum biretum aſportaſſet, committere, et mandare dignetur, cum poteſtate citandi, et inhibendi etc. cæteraque etc.

Commiſsio pro ſeptuagenario. Romana.

BEATISSIME Pater. Cum N. Sanctitatis Veſtræ Orator Romanus ob temporum calamitates, alioſque ſiniſtros euentus reperiatur ære alieno etiam ſub vſuris grauatus cum diuerſis perſonis, nempè A.B.C.D.E.F. etiam vigore obligationis cameralis Iuramento, et iuramentis in inſtrumentis contentis, et illorum vigore ſupradicti creditores mandata executiua contra ipſum, vel obtinuerunt, vel prætendunt, et prætendere poſſunt. Vnde Orator ob ſuam grauem ętatem ſeptuaginta annorum, ſi carcerati contingat, cogetur potius in carceribus mori, quàm valeat dictis Creditoribus ſatisfacere; Supplicat propterea Sanctitati Veſtræ,

qua-

quatenus Oratorem specialibus fauoribus, et gratijs prosequendo dignetur committere, & mandare, vt constito sibi legitimè, quod dictus Orator septuagesimum annum agit, inhibitionem, seù Non grauetur perpetuum; ne à prędictis eius creditoribus quoad personam tantum molestetur, concedat, concessumque seruari mandet; & faciat atque permittat, cum facultate dictos creditores citandi etiam domi dimissa copia, & ijsdem etiam inhibendi in Romana curia, & extra, toties, quoties opus fuerit, etiam sub censuris, &c. & procedendi iuxtà suas ordinarias facultates singulis etiam diebus, & horis, pręterquam in honorem Dei feriatis, & absque confectione regestri, seù extractus, & absque sportularum solutione, cæteraque omnia, & singula faciendi, gerendi, & exercendi, ac exequendi in pręmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, pręmissis, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, obligationibus cameralibus, iuramento, seu iuramentis vallatis, mandatis illarum vigore relaxandis per quęcumque Tribunalia cum quocumque exequatur apposito, vel apponendo, terminis susceptis ad soluendum, obligationibus de repręsentando, etiam cautionibus, & iuramentis firmatis, cęterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus, statum &c. pro plenè haben. &c.

Ista Commissio signari solet cum infrascripta signatura.

De mandato D. N. Papæ A.C. constito de assertis, citet, inhibeat, & procedat, vt petitur.

Inferius autem.

Placet I.

Peruenta ad bancum cursorum attergatur à Magistro, vt superius dixi, videlicet:

Die prima Iulij 1651. Virgilius Spada Magister Cursorum.

Et subtus, *Die septima Iulij 1651. A.C. per Virgilium.*

Commissio aperitionis oris. Romana.

BEATISSSIME Pater. Cum Consules, & Camerarius Vniuersitatis sementariorum Vrbis pręrendentes vigore cap. 23. eorum statuti, & additionis illius, cogere omnes, & singulos caputmagistros, magistros, & famulos dictę artis ad plura centenaria

hominum aſcendentes ad ſe ſubijcien. examini, & ſe matriculandum,& pro dicta matricula ſoluen. certam pecuniarum ſummam, fuit deſuper per vniuerſos homines dictę artis non matriculatos introductum iudicium in prima inſtantia coram D. Vrbis Senatore, & dum ſuper meritis cauſę diſputabatur, D.D.Conſules,& Camerarius exhibuerunt Breue præinſertum ſibi ipſis conceſſum à Prędeceſſore Sanctitatis Veſtræ confirmatorium ſtatutorum nunquam vſu receptorum, allegantes eius vigore ad vlteriora quod quoad petita per Oratores procedi non poſſit, nec aliter, quam prout in dicto Statuto, & additione valeat iudicari. Quibus per dictum D. Senatorem conſideratis Oratores pro aperitione oris ad S. V. aduerſus dictum Breue, & clauſulas, & earum quamcumque in illo contentas remiſit. Quia verò Pater Sancte in hac parte dictum Statutum, & aſſerta additio nunquam fuerunt in vſu, & illius diſpoſitioni obſtat concordia inter partes inita & per San. memoriæ Clementem, & Vrbanum Octauum Prędeceſſores S. V. in forma ſpecifica confirmata, & obſtat etiam Statutum Vrbis cap. 43. S. Caſſamus lib. 3. & quod ſi ponatur in vſu, aufertur multis centenarijs pauperum occaſio alendi ſe,& pauperes eorum familias. Propterea omnes dicti non matriculati humiliter ſupplicant S. V. cupientes eorũ optima iura via iuris experiri,& ab oneribus,quę ipſis conferuntur, quanto citius ſe eximere, & liberare, quatenus prę-uia oris apetitione aduerſus dictas clauſulas, ac reductioné ſuprainſerti Breuis ad viam iuris,prefatis Breue, & eius clauſulis minime obſtantibus, eidem D. Senatori committere, & mandare dignetur, vt in cauſa, & cauſis huiuſmodi iuſtitia mediante ad vlteriora procedat, perinde ac ſi pręinſertę clauſulæ non emanaſſent, & Breue conceſſum foret cum clauſula, prout de iure, cęteraque omnia & ſingula de, & ſuper præmiſſis neceſſaria quomodolibet, & opportuna faciat, gerat, & exequatur iuxta ſuas ordinarias facultates, cum poteſtate citandi, & inhibendi quos, quibus,& quoties opus fuerit præmiſſis nec non conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque non obſtantibus, ſtatum &c. pro plenè haben. &c.

Iſta Commiſſio fuit propoſita coram Sanctiſſimo D.N. Innocentio Decimo citra menſem Martij currentis anni 1651. ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Patre D. Roccio vtriuſque Signaturæ Referendario, digniſſimo Nepote Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi D. mei D. Cardinal. Roccij: & idem Sanctiſſimus reſoluit pro reductione

ctione Breuis ad viam viam Iuris: & commissio fuit incapfata, & præsentata Illustrissimo D. Ioanni Inghiramio hodie Senatori Vrbis, & reperitur in actis D.Francischini Protonotarij dicti Illustrissimi D. Senatoris.

Commissio derogationis feriarum. Romana.

BEATISSIME Pater. Pendente lite inter P.Sanctitatis Vestræ Oratorem, & L. aduersarium coram R. P. D. Lomellino causa, & occasione, &c. dum negocium erat in expeditione, superuenerunt feriæ nuper indictæ de mandato Sanctitatis Vestræ, & sic Orator non potuit procedere ad vlteriora. Verum quia agitur de causa fauorabili, iam ad finem redacta Oratorique valde interest ad eius expeditionem deuenire: Ideo humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus dignetur committere, & mandare eidem, R. P. D. Lomellino, vt ad causæ, & causarum huiusmodi exceptionem procedat, ferijs præfatis non obstantibus, iuxta formam, & facultates aliarum commissionum cum potestate citandi, & inhibendi, &c. præmissis,& alijs quibuscumque non obstantibus statum, &c.

Commissio prorogationis fatalium. Romana.

BEATISSIME Pater. Lite & causa coram R. P. D. Ariosto Iudice delegato inter Oratorem B. ex vna,& C. ex altera de & super, &c. pendente, quia dubitatur, ne interim fatalia labantur, ne bonum ius Oratoris pereat, recurrit ad Sanctitatem Vestram humiliter supplicando, quatenus eidem R. P. D. Ariosto committere, & mandare dignetur, vt fatalia in hac causa amplius non prorogata (vel semel, aut bis,iuxta veritatem) quatenus durent, arbitrio suo proroget, quatenus verò lapsa sint, nouum terminum præfigat: attento quod in prima deinde causam, & causas huiusmodi, prout iuris fuerit, expediat, cum facultate citandi, & inhibendi, &c. ac procedendi iuxta formam aliarum commissionum

num

num, de quibus in actis, aliaque faciendi desuper necessaria, & opportuna; præmissis, & contrarijs quibuscumque non obstantibus.

Alia Commissio similis pro Curia Capitolina. Romana.

BEATISSIME Pater, Pendente in curia Capitolina lite, & causa coram secundo Collaterali inter Sãctitatis Vestrę Oratorem Petrum Sanctem Parlam Fictorem, ex vna, & Claudium Rotiam Gallum ex altera, causa, & occasione, de quibus in actis, ex quo instantia statutaria est nimis breuis, ne ob illius lapsum bonum ius Oratoris pereat. Ideò pro eius parte supplicatur Sanctitati Vestrę, quatenus eidem D. secundo Collaterali committere, & mandare dignetur, vt instantiam præfatam amplius prorogatam (vel semel, aut bis, &c.) quatenus duret &c, vt supra, &c.

Et ista commissione poteris etiam vti ad prorogationem fatalium, mutatis mutandis.

DE PROCESSV IN CAVSA EVICTIONIS, & molestiarum.

QVIA sæpius euenire solet, quod ex Iudicijs præfatis motis contra tertios possessores bonorum, datur occasio eisdē possessoribus se reualendi contra illorum venditores ex promissionibus solitis apponi in instrumentis emptionum: non extra rem esse credidi indicare processum formandum pro liberatione à molestijs, & pro euictione.

Omitto distinctionem: quando imminet euictio, & sunt cœptæ molestiæ, & quando euictio est in limine contractus: vel quando talis euictio secuta est cum effectu; & quando secuta est in possessorio, & quando in petitorio: quia quoad processum nihil videtur interesse, licet sit differentia in effectu, quia pulsatus pro liberatione à molestijs tenetur assumere litem in se, pulsatus vero secuta euictione tenetur restituere damna, quæ passus est euictus. Loquor quando promissa fuit euictio cum obligatione camerali, quia si non fuit promissa, & debeatur, vt infrà, ex natura contractus, tali casu non vtimur infrascripto processu executiuo.

Igitur, postquam quis pulsatus fuit, tenetur statim intimare iudicialiter molestias suo authori, per intimationem continentem totum factum cum insertione libelli, & interpellatione ad suscipiendum litem in se. Bart *in l. non solum*, §. *namque numero* 48 *ff. de nou. oper nunciat*, & Ias. *in l. quod te, num.* 35. *ff. si cert pet.*

Sed nos vtimur diuerso modo, qui æquipollet dictæ intimationi; & consequimur meliorem effectum, citando nostrum authorem, vel alium, contra quem possumus agere, *ad dicendum contra iura producta*, & *repetita* iuxta formulam superius traditam; & reproducendo talem citationem executam coram Iudice, coram quo fuit motum iudicium, & obtinen. iurium admisionem, iuxta stilum traditum & consuetum.

Et in termino dictæ citationis repetimus in broliardo, quod facit ad rem nostram, in hunc, qui sequitur modum, videlicet.

Pro

Pro D.N. contra D N.

In officio &c. idem citra &c. & ad docendum aduersarium teneri liberare à molestijs super domo per ipsum aduersarium instanti vendita, repetijt (vel produxit) instrumentum publicum in actis rogatum die &c. mensis &c. anni &c. Et ad docendum ipsum comparentem super ea molestari, repetijt monitorium contra ipsum comparentem ad instantiam B executum, & die tali reproductum. Item repetijt etiam omnia iura pro parte dicti B. die tali in actis producta, & repetita, & citationes, & decreta, die tali & tali contra ipsum pariter executas, reproductas, & respectiuè obtenta per compulsum tamen, & in parte, & partibus, & non aliàs &c. petens &c. omni &c.

Citatur postmodum coram eodem Iudice *ad suscipiendam litem in se, & liberandum instantem à molestijs sibi illatis à* D.B. *iuxta formam suæ obligationis, aliàs viden. contra ipsum decerni, & relaxari mandatum executiuum in obligatione susceptum ad p.d. Instante &c.*

Et aduerte, quod etiam in hoc si non adesset consensus in mandatum, seruatur processus superius indicatus, in quo est necessario extensio obligationis cameralis, & requiritur decerni mandatum.

Scias etiam, quòd decretum obtineri solitum in huiusmodi solet esse quindecim dierum, & sic Iudex solet dicere: *Nisi infrà quindecim, cum intimatione.*

Tempus enim quindecim dierum dicitur breue. Rota *in Romana fideiussionis de repræsentando* 3. *Iulij* 1617. *coram bon. memor. Coccino.*

Postmodum intimatur tale decretum iuxta stilum.

Et si in termino aduersarius comparet, & suscipit litem in se, non expeditur mandatum: si verò non suscipit, expeditur, et illius vigore deuenitur ad capturam personæ, vel bonorum, iuxta ea, quæ diximus de processu executiuo.

Si verò dictus reus suscipit litem in se, citat molestantem in hunc modum: *Ad dicendum contra iura producta, & repetita in forma;* et postmodum subiungit, *nec non viden. Instantem admitti ad causam, & sibi inhiberi, ne audeat Dominum talem in possessione domus, de qua agitur, molestare & in causa quidquam innouare, nisi Instante in causa admisso in quolibet actu tanquam necessario defensore, legitimè citato, sub pœnis &c.*

In ista citatione obtinetur decretum admissionis iurium in broliardo productorum, vel repetitorum (quæ productio debet realiter fieri contra citatum, cum indicatione propriæ obligationis

de

de defendendo, ad effectum docendi de interesse: et Iudex post dictam admissionem iurium faciet etiam decretum, quod *admissit ad causam cum clausula, docto de interesse, & in statu, & terminis, in quibus dicta causa reperitur.* Et ille sic postea admissus, tenetur litem defendere, non solum assistendo liti, ministrando testes, et instrumenta sed in suscipiendo in se totam litem, ita quod emptor non habeat se ingerere, seù impendere in causa. Paul. de Castr. *in l. venditores num. 5. ff. de verb. oblig.*

Quandoque talis denunciatio, seu interpellatio, non est necessaria vt puta, quando venditor est absens, ex Ripa *in l. 2. §. voluntatem ff. solut. matrim.* Sed hoc casu requiritur etiam aliqualis, vt puta protestatio, et denunciatio domi, vel per edictum.

Potest etiam omitti, quando venditori nulla competit defensio. Surd. *decis. 22. num. 9. & decis. 253. num. 19. in fine.* Rot. *decis. 388. par. 3. recent.*

Item dices, si tali intimationi fuit ab ipso venditore renunciatum. Rot. *dicta decis. 385. num. 3.* vt dixit eadem Rota *in Romana Cambiorum 4. Maij 1629: coram bon. memoriæ Motmanno*, et *decis. 388. num. 3. & 4. par. 3. recent.*

Idem, si venditor fuit præsens euictioni. Rot. *dicta decis. 389. num. 7 par. 1. recent.*

Vlterius scire debes, quod si euictio non sequatur in proprietate, sed in sola possessione, quod tunc non potest agi de euictione, si fuit restituta possessio restituto pretio. Rota *dicta decisione 388. numer. 5.*

Nec talis actio dicitur nata ante sententiam, et rem euictam, Redeshont. *decis.* [illegible] Surd. *decis. 22. num. 1. & seq.*

Obtenta vero re emptori agendi de euictione, datur actio cum interesse. *l. si fideiussores* [illegible] pien. [illegible] *glos.* [illegible]

Prout non agitur, si euictio fuisset remissa. [illegible] *vendit*, *d. §. seu glos. promittens num. 7.* Surd. *decis. 166. num. 18.*

Sicut non si euictio sequatur ex facto Principis, *l. ait ibi* Bald. *C. de euict. l. Lucius C. eod.* Alciat. *cons. 340.* Angel. *cons. 176.* Natt. *cons. 181. num. 4.* quia factum Principis dicitur casus fortuitus Rot. *decis. 253. par. 1. recent.* Casus enim fortuitus pertinet ad emptorem, Phanuc. *de inuent. par. 7. num. 216.* Surd. *decis. 198. num. 18.* Prout etiam diximus de casu nouo, qui pariter spectat ad emptorem. Phanuc. *dicto num. 216.* Adden. ad praxim Papien. *verb. venditor,*

ditor, glos. promittens, vers. de euict. in fine, ibi, *si molestia inferatur ex alia causa, quam expressa in instrumento*. Dices idem de modo extraordinario, qui etiam spectat ad emptorem. Phanuc. *dicta par. 7. num. 216.* qui *sub num. 214. & 215.* reprehendit Iasonem contrarium tenentem *in cons. penult. lib. 2.* et respondet eius obiectionibus.

Sed est animaduertendum, quòd venditor non ideò dicitur liberatus, cum teneatur ad restitutionem pretij. *l. venditor §. si constat, C. comm. præd.* Phanuc. *d. part. 7. num. 218.* quia nemo debet locupletari cum aliena iactura. *Cap. locupletari, de reg. iur. in 6. l. nam materia, de condict. indeb.*

Vlterius, nec datur euictio, si vicinus rettahit ab emptore, Phanuc. *dicta par. 7. num. 219.* Tiraq. *de retract. lignag. glos. 9. n. 34. in fine.*

Sicut nec emptor compromittens agit de euictione. Surd. *dec. 22. num. 1. & decis. 208. num. 17.* Papien. *in dicto verb. venditio, glos. promittens, num. 9. l. si dictum §. si compromissio, ff. de euict.*

Si vendidisti mihi rem Titio obligatam, et posteà ego illam tibi retrouendidi, venit casus, quòd ille Titius creditor tuus sit meus hæres, et vult agere hypothecaria contra eandem rem, quam tibi retrouendidi: in isto casu non videtur actum, vt in illa retrouenditione veniat ius hæredis mei, et consequenter dictus meus hæres ex iure proprio poterit à te auocare rem illam. Et ratio est, quia tunc euictio prouenit ex facto tuo, nec ego præsumor voluisse remittere ius hæredis mei, quod prouenit ex tuo facto, et sic ego non teneor de euictione. Text. est *in l. cum mihi, & tibi, ff. de adilit. edict. l. fundum meum, ff. de euict. l. si dominus, ff. ad l. Falcid.* Phanuc. *vbi supra dicta par. 7. num. 201.*

Si quis eligit sibi Aduocatum imperitum, non agit de euictione. Papien. *in verb. venditio, glos. promittens, num 9.*

Idem si res fuit euicta violenter. Papien. *vbi supra num. 9.*

Si emptor non appellauit, non agit. Papien. *vbi supra num. 9.*

Emptor omittens facto proprio exceptionem. Papien. *ibidem glos. promittens num. 9.* Surd. *decis. 208. numer. 17. & decisione 22. numer. 11.*

Si venditor dicat nolle alicui præiudicare, emptor non agit de euictione, vide Phanuc. *vbi supra par. 7. num. 223.*

Idem si venit ex natura rei, glos. *in l. si familia, verb. Item*, vbi Cin. Bald. Salic. Castr. & alij, *C. fam. hercisc.* Rot. *decisione 682. n. 1. par. 1. diuers. & decis. 152. num. 4. par. 2. diuers.*

In subhastatione, quando res fuit vendita, creditor non tenetur de euictione, sicut non teneturIudex, prout nec executor testamentarius. *l. in creditorem ff. de euict.*

Sed tenetur debitor, quia factum Iudicis dicitur factum partis. Rot *decis.119. num.1. par.1. recent.*

Emens etiam rem subiectam fideicommisso scienter, non agit de euictione, sed illi restituitur tantum precium. Surd. *decisione 208. num.1.* Ludouis. *decis.90. num.9.* ibi Add. *num.36.*

In tantum etiam venditor tenetur de euictione, in quantum emptor caret re euicta. Rota *decisione 422. numer.2. parte 2. recent.*

Et non agitur regulariter de euictione, nisi postquam fuerit secuta. Rota *decis.88. num.8.* apud Ludouis. vbi Add.

Potest tamen agi, vt res libera tradatur, Ludouis. *d. decisione 88. num.9.*

Et vlterius potest agi ad damna, & interesse. *ibidem numer.5.* Rot. *decis.10. num.2. par.3. recent.* Limitatur in emptore malæ fidei. *ibidem num.3.*

Interesse verò quando sit tenendum, & liquidandum credo facere ad propositum decisionem *in causa Aunionen. pecuniaria.* 10. *Februarij* 1640. *coram R.P.D. Bichio.*

Sed donans non tenetur regulariter de euictione. Ludouis. *decis.340. num.4.* Tenetur tamen, si illam promisit, vel dolus donatoris intercedat, vel donatio incipiat à traditione, quia si incipit à promissione, tenetur, vt apud Adden. *ad dictam decisionem numero 13.*

Successor etiam singularis prohibetur agere de euictione, nisi interueniat cessio iurium, vel adsit clausula, ponens &c. vel quando auctor stipulatus est pro se, & suis hæredibus, & successoribus. Ludouis. *decis.25. num 4.* vbi Adden. *num.5. 6. & 7.*

Est certum, quod licet euictio non fuerit promissa, potest tamen pro ea agi, ex contractus natura. Ludouis. *dicta decis.25. num.3.* & Rot. *decisione 480. in fine par.3. recent.*

Agensque actione euictionis natura contractus, non potest agere executiuè, sed ordinariè, debet enim producere suas probationes in forma. Rota *decis.601. num.3. par.3. recent.* & hic processus regulatur à formula supra data in Iudicio ordinario.

Agens de euictione debet procurare, quod res euicta æstimetur quanti valebat de tempore euictionis, non de tempore æstimationis. Rota *decis.128. num.3. par.4. recent.* Quia attenditur tempus

euictionis. Rot. *in Romana permutationis 26 Iunij 1647. coram R.P.D. Bichio.*

Quid dices autem, si precium fuisset auctum post euictionem rei? Vide Rot. *decis. 626. num. 1. & 2. d. par. 4. recent.*

Imminere autem euictionem tunc dicimus, quando fuit mota lis, Rota *decis. 939. num. 8. par. 4. recent.* vbi quod habet locum, siue lis sit mota super toto, siue super parte, siue in petitorio, siue in possessorio.

Et quando res non est libera, datur rescissio contractus. Rota *in Eugubina Prætij 14. Iunij 1649. coram R.P.D. Cerro.*

Vel etiam, si non fuit præstita cautio de euictione per venditorem, & detegatur euictio futura, est in electione emptoris, vel deponere precium, vel illud inuestire, vel illud penes se retinere; & venditor potest cogi fideiubere de euictione, si vero emptor retinet precium penes se, debet soluere fructus recompensatiuos. Rot. *in Romana Pecuniaria 24. Aprilis 1625. coram bonæ memoriæ Rembolao.*

Et nunquam potest venditor cogere emptorem ad soluendum precium, si non cauet. Rota *in Romana pecuniaria 15. Iunij 1626. coram eodem bon. mem. Rembolao.*

Sed debes aduertere, quod exceptio traditionis rei non liberæ, debet opponi ante relaxationem mandati. Rota *in Romana Vineæ 28 Iunij 1623. coram bon. mem. Pirouano.*

Et si veniat in controuersiam quomodo sit probandus valor prædij vrbani, vt sciet, quod in Vrbe Rota dixit, quòd non sufficit æstimatio sementorum, sed debet regulari etiam à locationibus ad effectum sciendi solitum locari. Rota *in Romana nullitatis venditionis domus 24. Nouembris 1642. coram Reuerendiss. D. Dunozetto Decano.*

Si vis autem scire, quomodo probetur valor rei ad effectum læsionis, videbis casum *in Interamnen. læsionis bonorum 21. Februarij 1619. coram Pirouano.*

Et quale sit iustum precium, videbis apud Rot. *in Romana, seu Florentina Cambiorum 5. Iunij 1650. coram* R.P.D. *Corrado.*

Quando verò eueniat casus, quo vidua, cui fuerat restituta dos in bonis, si contingat illorum euictio, & vidua velit agere pro euictione, et recuperatione suæ dotis contra bona supposita fideicommisso; ad quem spectabit probare adesse, vel non adesse bona libera? est casus *in Romana Census 22. Maij 1648. coram* R.P.D. *Ghisilerio.*

Et,

Et, si venerit casus, quod euictio promissa fuerit in instrumento, in quo non adsit obligatio cameralis, sed adsint pacta executiua; tunc etiam executiuè proceditur pro euictione, et vigore huiusmodi pactorum datur etiam captura personę. Rota *in Bituntina Census 31 Iulij 1648. coram bon. mem. Arguelles*.

Si etiam reperiatur obligatus in specie aliquis fundus pro aliqua euictione, & apponatur etiam pacta executiua, tunc datur executio contra talem fundum etiam quod possideatur à tertio. Rota *in Melduitana census 12. Iunij 1645. & prima Iulij 1648. coram R.P.D. Ghisilerio*.

Declara tamen, quod talis tertius debet citari pro suo interesse, & sic citatus non impediet executionem. Rota *in ciuitatis Castelli spolij 7. Maij 1638. & 10 Maij 1641. coram eodem*.

Et si veniat casus, quod quis agat pro annuis præstationibus etiam futuris poterit obtinere, ex Rota *in Romana Saluiati 28. Martij. 1648. coram R. P. D. Ghisilerio*. Et ideò ille etiam, cui promissa est euictio, poterit eodem modo suum authorem pulsare, vt liberet.

Vendens quoque Loca montium cum expressione vinculi; si non promittit, non tenetur de euictione. *Romana Locorum montium tertia Maij 1650. coram R. P. D. Meltio*.

Si vero sequatur liberatio pro liberatione à molestijs, vel pro damnis, vel pro euictione, & euictio recipiat aliquam disputationem, & velit dari de nullitate subhastationis, non poterit, nisi subhastationis nullitas sit clarissima.

Idem dices de adiudicatione facta à Iudice, præuia æstimatione; quia adiudicatio sine illa nunquam datur. Rota *in Romana census 21. Maij 1613. coram bonæ memoriæ V baldo*, & *in Spoletana bonorum prima Iulij 1615. coram bonæ memoriæ* Remboldo, & tandem *in causa Ianuen. separationis thori 22. Iunij 1650. coram* R. P. D. *Meltio*.

Scias enim, quod in executiuis, & possessoriis si Iudex grauat, datur appellatio in petitorio, & causa in ordinario reuidetur, sed non datur reintegratio, nec manutentio. Rota *in Romana restitutionis dotis 4. Februarij 1650. coram* R. P. D. *Royas*.

Si oritur disputatio inter secundum creditorem, qui vellit euincere fundum à priori, qui fecit vt tertius pro se offerret; & qui tertius postea declarauit, emptionem fuisse pro tali primo creditore: tunc inspicitur, an creditor emerit tuendi pignoris gratia, seù potius vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium. Si emi-

tuer-

tuendi gratia, fecundus poteft offerre; fi verò vti extraneus, non poteft. Cafus eft *in Anconitana pradij 29. Aprilis 1626. coram bona memoria Remboldo*.

Et, fi veniat cafus, quòd quis velit ex nouiter deductis reuocare poffeffionem datam à Iudice, non poteft, fed debet ex eifdē. Declarat tamen, quod poteft, quando noua iura producuntur ad corroborationem antiquorum. Rota *in Vrgellen. canonicatus 27. Nouembris 1634. coram bon. mem. Pirouano*.

Quando verò dos incipit à traditione, non autem à promiffione, fi non conftat de dolo, aut mala fide, dans illam non tenetur de euictione, nifi adfit illius expreffa promiffio. Rota *in Fauentina, feù Cefenaten. pradij 31. Ianuarij 1633. coram Reuerendifs. D. Dunozeto Decano*.

Vbi etiam, quod in fideicommiffo euictio dicitur venire ex natura rei, & ideò non tenetur, nifi fuit promiffa faltem verbis ità generalibus, vt illa dicatur comprehenfa: vt puta, promifit effe liberum, & defendere, liberare, & disbrigare ab omni onere, &c.

Si etiam quis emat fcienter rem alteri obligatam, non agit de euictione, nifi fibi cauerit cum promiffione venditoris faciendi confentire omnes intereffe habentes. Rota *in Romana pecuniaria 15 Iunij 1626. coram bona memoria Remboldo*.

Datur autem ifta actio pro virili, & non infoldum. Rota *decif. 281. n. 37. part. 2. diuerf.*

Enitatur euictionis actio prefcriptione. *l. qui alienam la 54. & l. vltima, & l. ex mille*, vbi glof. *verb. euictus, de euict. & l. ii, qui ff. de folut.*

Debetur verò de natura diuifionis. Zacch. *in antiq. imprefs. decif. 119. numero 6.* Sed de ea agi non poteft, antequam ipfa fequatur. *decif. 161. n. 4. apud eundem*.



DE

DE CONTRACTIBVS.



VONIAM fuit actum de euictione, non inutile pro praxi creditur, aliqua dicere de contractibus, quia euictio habet cum omnibus illis strictissimam coniunctionem. Igitur

Contractus omnes sunt Facti, licet ex eis oriatur obligatio, quę est Iuris. Bart. *in l. 1. n.6. ff. de acquir. possess.*

Et ab initio sunt voluntarij, & post facta necessarij; nisi aduersario consentiente, cuius precibus fuerunt celebrati. *l. ab initio, & l. sicut, C. de act. & oblig.* Surd. *cons.* 484. *& cons.* 68. *n.* 1. Rot. *decis.* 489. *n.* 1. *par.* 1 *diuers.*

Ratio est, quia ius quesitum ex partium conuentione, reuocatione alterius partis tolli non potest per regulam, Quod semel, *de reg. Iur. in 6.* Auignon. *decis.* 149. *n* 3.

Et sine consensu non dicitur contractus, quia de iure naturæ in actibus hominum semper requiritur consensus, *l. prima, ff. de pact.* & Bart. *in l. prima. S. & parui refert, ff. quod vi, & clam.* Cassador. *decis.* 10. *n.* 6. *de rescrip.*

Alij sunt nominati; vt puta, quibus nomen proprium à lege fuit impositum, vt puta emptio, venditio, locatio, & conductio, & similes. *l. Iuris gentium. l. prima ff. de pact.* Bart. *in l. siue apud acta, num.* 21. *vsque ad* 23. *C. de transact.*

Alij dicuntur innominati, & sunt illi, quibus lex nomen proprium non apposuit; vt puta, permutatio, transactio, & illi quatuor, Do, vt des, & Facio, vt facias; & de istis loquitur Bart. *in dicta l. siuè apud actan.* 12. 22. *&* 23. *C. de transact.*

Et, si contractus innominatus assimilatur alicui contractui nominato, regulatur secundum naturam illius, cui assimilatur. Ias. *in l. prima numer.* 25. *C. de iure emphyt.* Rota *in Romana societatis, seu participationis Dobanæ* 31. *Ianuarij* 1583. *coram Bubalo*, impressa penes Marches. *de commiss. parte prima fol.* 775. vbi assimilatur societati. Et ideò scias, quòd contrahentes societatem, & in illa dicunt, quod lucrum sit commune ex paribus, vel disparibus, quotæ veniant, vt vnus ponat capitale, & alter operam, à tali societate nomen assumit. *l. si fratres, S. primo,* iuncta glos. *in verbo certa, ff.*

pro socio. Angel. *cons.* 207. *num.* 3. *vers. quomodocumque*. Idem quando contrahentes super questu conueniunt, vt vnus habet certam portionem pro centenario, vel in eo, ita quod de qualibet re non sit detrahenda; Et sic partes sunt tantæ vel quantæ, & non quotę; tunc non est societas. Angel. *cons.* 207. *n.* 5. *circa finem*. Mantic. *de tacit tit.* 7. *num.* 2. *lib.* 6. & text. *in dict. l. si fratres*, §. primo iuncta glos. *verb. cum certa ff. pro socio*.

Item, si Titius dat pecuniam Sempronio, vt lucrum pecuniæ sit commune; & si sors pereat, cedat damno Titij: non est mutuum, quia periculum spectat ad dantem: non est mandatum, quia non est gratiosum: non est locatio, quia non habet certam mercedem: non est societas, quia non est admissus ad damnum. Ideò est contractus innominatus. *l. Titius. & l. si tibi rem, ff. de præscrip. verb.* vbi Castren. *num.* 1. Angel. *cons.* 207. *num* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 6. *n.* 1. *in fin* Bero. *in cap. nauiganti num.* 46. 47. *de vsur. & cons.* 168. *num.* 20. *lib* 1. Laderch. *cons.* 189. *num.* 4. Et talis contractus approbatur à Canonistis, vt testatur Berous, & Laderch. *locis citatis*.

Conductor vectigalis, seù alterius rei, si concedat participationem alicui de eo, quod prouenit ex illo contractu communicando ei lucrum, & damnum, dicitur contractus innominatus, vt firmatum est supra *in dicta Romana Societatis, seu participationis Dabana, coram Bubalo*.

Idem si do, vt des, vel facio, vt des: *l. naturalis ff. de præscript. verb.* Alex. *cons.* 204. *num.* 1. *lib.* 7. Bart. *in l. si pecuniam numero* 4. *ff. de condict. caus. dat. & caus. non sequut. l. si Titius, & l. si tibi rem, ff. de præscript. verb* Exemplo, si pro te satisdedero, glos. *in l. hac iur.* §. *Labeo, ff. de donat.* Si quis conducat aliquod opus faciendum pro specie est innominatus. glos. magna *in l. si verò* § *item, ante finem, vers. vel vbi verius, ff. locat.* Et de octo contractibus innominatis loquitur Gomes. *var. resol. tit. de contract. innominat.* & Bald *in l.* 1. *num* 14. *de actionib. & oblig.*

Et aduerte, quod licet contractus innominatus possit reuocari, & sic sit locus pænitentiæ, *l. si pecuniam*, vbi Bart. *n.* 5. *ff. de condict. caus. dat. & caus. non sequut.* Alex. *cons.* 204. *num.* 1. *lib.* 7. Hoc tamen fallit, quando est admissus, & vnitus cum contractu nominato. Bart. *in l. fin. num.* 14. *ff. de condict. caus. dat. & caus. non sequut.* Bald. *in l. ex placito num.* 29. *C. de rer. permut.* Alex. *consil* 204. *numero* 3. *lib.* 7. Bald. *in l. quamuis numer.* 5. *C. de transact.*

In

In contractu etiam nominato datur pœnitentia, antequam sit perfectus. *l. contractus*, §. *qua tam in nondum*, *C. de fid. instrum.* & *l. fin.* §. *fin autem*, *C. de contrahen. empt.* Bald. *in l. contractus num.16.* Gomes. *var. resolut. de empt. num.18. ante med.* Datur exemplum in contractu ad mensuram, quia est imperfectus, donec sequatur mensuratio. Surd. *decis.64. num 13.*

Datur etiam pœnitentia, quando contractus fit gratia vnius etiam in vita altera parte, quia potest recedere, & non accipere, text. *in l. qui pecuniam*, vbi Bald. *in principio ff. si cert. petat.* glos. *in l.3. ff de seru. & postlim.* & glos. *in l. sicut verb. minimè, C. de action. & obligation.*

Sed regulariter in contractibus nominatis pœnitentia non datur. Rota *decis.517. num.5. par.1. diuers.* siue sit conditionalis, siue modalis, etiam pendente conditione. *l. hæc venditio in fin. ff. de contrah. empt. l.3. cum glos. de seruis, & postlim.* Ludouis. *decisione 410. num.3.* vbi Adden. *num.8.* non enim voluntate vnius potest dissolui quod gratia vtriusque vel plurium factum est. Ludouis. *vbi supra num.7.*

Dicitur autem gratia vtriusque, quando alter non poterat sine altero, vt puta conuentio sine vtriusque consensu non potest fieri. Alex. *cons.110. num.2. lib.1.* quia conuentio, & pactio est consensus duorum in idem placitum. *l.1. in fin. ff. de pact.* & melius Castrens. *cons.295. numer.3. lib.2.* per text. *in l si cum fundum ff. de pact.*

Et sic dices, quod pœnitentia non datur emptori in contractu nominato, quando venditor non adimplet pro parte sua. Cephal. *cons.407. num.9.* Menoch. *recuperand. remed 15. num.127.* Afflict. *decis.380. num.3.* & *ex text. in l.1. C. quando liceat ab emptione discedere.* Rot. *decis.517. num.5. par.1. diuers.*

Limita tamen, quando res empta reperitur in totum, vel in parte non libera, siue onere grauata. Ruin. *cons.141. num.4. lib.1.* Curt. Iun. *cons.74. num.1.* Surd. *cons.13. num.19. 25. & 28.* Rot. *decis.586. num.5. par.1. diuers.* & Seraphin. *decis.321. num.8.* tunc enim datur rescissio contractus, vt nuper dixit Rota *in superius allegata Eugubina Pradij 14. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Cerro.* Quod procedit, siue res sit tradita, siue non tradita; tunc enim datur emptori rescissio actione ex empto. Surd. *consil.13. numer.16.* Osasc. *decis.24. num.2,*

Et sublimita primo, quando emptor vellet traditionem rei liberæ præter solitum, quia venditor tenetur tantum illam tradere

liberam secundum solitum, & consuetum. Dec. *in l. semper in stipulationibus, num. 9. ff. de reg. iur.* Rota *in Bononien. bonorum* 27. *Nouembris* 1598. *coram Lancellotto.*

Secundò, quando id, quod emptor requireret, non præiudicaret ipsi emptori. Rota *in Perusina hæreditatis* 8. *Aprilis* 1587. *coram bonæ memoriæ Orana*, impressa post Cenc. *de censib. decis.* 39. & post Duard. *eod. tract. decis.* 39. & *in Romana censuum* impressa post Cenc. *decis.* 56. Ludouis. *decis.* 505. *num.* 4.

Tertiò, quando emptor haberet facultates tales, quibus posset soluere illud interesse, quod emptor prætendit. Ludouis. *dicta decisione* 505. *num. citata, & seqq.*

Quartò, quando adest scientia emptoris, rem esse alienam, vel obligatam, vel non liberam. Rota *per Boccacc. de cens. part.* 2. *numer.* 172. Surd. *cons.* 13. *num.* 6. Bald. *in l. ex his prædijs num.* 3. *C. de euiction.* Surd. *decis.* 265. *n.* 42. *& seqq.* Et sufficere scientiam præsumptam, dicit Surd. *ibidem.* Sed declara, procedere quoad personam. Surd. *cons.* 13. *num.* 38. *& cons.* 150. *num.* 23.

Quintò, si dubium esset, an res vendita sit libera, vel non, non potest agi, vt res libera tradatur, nisi sequuta euictione. Rota *per Boccacc. de censib. par.* 2. *n.* 147. *& decisione* 586. *part.* 1. *diuers.* Sed debet liquide constare, quòd res sit aliena, vel non libera. Soccin. *cons.* 208. *lib.* 2. Neuiz. *cons.* 37. *num.* 18. Surd. *decisione* 253. *num.* 6. *&* 15. *&* Rota *dicta decisione* 586. *par.* 1. *diuersor.*

Sextò, venditor, qui ignorabat qualitatem rei alienæ, vel obligatæ, vel non liberę excusatur nec tenetur, nisi sequuta euictione. *l. qui rem, C. de euict. l. si plus* § *mota ff. eodem.* Osasc. *decisione* 179. *num.* 4. Thesaur. *decisione* 85. *num.* 1. Rot. *decisione* 587. *numer.* 3. *parte prima diuers.* vbi dicit, quod licet emptor ante euictionem agere possit contra venditorem, procedit venditore ignorante, secus sciente rem non liberam. Seraphin. *decisione* 1243. *&* 1275. Cenc. *de censib. decisione* 56 *&* 64.

Septimò, emptor certioratus à venditore de qualitate rei, non potest petere, vt res libera tradatur, per Boccacc. *vbi supra numero* 172. vbi quod nec ad pretium, nec ad interesse.

Octauo, si venditor sit soluendo, non dicitur imminere euictio, nec tenetur dare fideiussionem. Bart. *in l. quicumque*, vbi Bald. *C. de fund. patrim. lib.* 12. Castrens. *in l. prima*, Soccin. qui dicit, ita fuisse iudicatum per peritissimos, vbi Ias. testatur de communi, *ff. qui satisd. cog.* Rot. *decisione* 281. *num.* 40. *ante med. part.* 2. *diuers.*

& in

& in terminis Seraphin. dec.321. quæ est impressa in par.1. diuers. decis.586.

Non o, quando in contractu venditionis fuit prouisum, quod res vendita, quæ erat obligata, puta pro dote, vel esset fundus dotalis, aut illius pars esset primo alteri vendita, de precio emptionis liberaretur res, aut retroemeretur, vel redderetur indemnis ipse emptor. Alex. cons.65. numero 5. lib.5. Afflict. decisione 171. in fin. & dixit Rota in actis Bononien. bonorum 17 Nouembris 1598. coram bon. mem. Lancellotto.

Sufficit enim quod emptor reddatur securus absque eo, quod illi res libera tradatur. Alex. cons.65. num.5. lib.5. Afflict. dicta decisione 171. & Rot. coram Lancellotto loco citato. Et idem dices, si non steterit per venditorem, quin libera fuerit tradita, & quando ipse præstitit patientiam, & denunciauit emptori, & illum iudicialiter interpellauit ad accipiendam possessionem, tunc vlterius non tenetur. Rota coram Lancellotto loco citato, circa finem.

Sunt & plures casus per me relati in Superiori titulo de euictione, & alios videre poteris apud Phanucc. de Inuent par.7.

Declara principalem conclusionem, quod est in electione emptoris agere, vel ad interesse, vel vt res libera tradatur. Surd. consil.13. num.16. Bald. in l. si traditio num.40. C. de action. empt. Osasc. decisio 24. Rot. coram Seraph. decisione 321. num. 3. quæ est decisione 586. num 3. par.1. diuers. Rota in causa Romana Pecuniaria 25 Iulij 1601. coram clar. mem. Cardinali Pamphilio post Cenc. de censib. decisione 198. & post Duard. eod. tract. pariter 198.

Sed melius est, & vtilius emptori, & sic in practica res melius euenict agendo, vt res libera tradatur, quam agere de euictione: & hoc est constitutum in l. creditor, §. prædium, ff. de act. empt. Rot. post Pacific. de Saluian. decisione 152. n.3. & ibi supra Bald. in l. quærem. C. de euict. Et si precium non est solutum, emptor illud nō cogitur soluere. Bald. ibi n.1. & Osasc. decis. 24. n 4. dicitque quod potest excipi de dolo, quando res libera non est. Rot. dicta decisione 586. par.1. diuers.

Et in contractu venditionis venditor præsumitur scire, si res vendita sit alteri obligata, si sit aliena, aut onere grauata, tanquam qualitas sui patrimonij. Sard. decisione 64. numero 15. & dec. 265. num.1. Et ideo tenetur exprimere clarè, & explicitè conditiones rei venditæ, & non sub inuolucro verborum, quia si emptor illas sciuisset, non fuisset empturus. Surd. decisione 295. num.42. & 49. Quia emptor præsumitur ignorare. Surd. dicta decisione 265. n.6

 Et

Et quia venditor præcisè tenetur tradere rem venditam, liberam, vacuam, & ab omni onere solutam, licet illa tradatur; tamen si reperitur non libera, habetur ac si tradita non esset, & libera tradi debet. *l. si emptione*, §. *vacua*, & §. *fin. l. neque ff. de act. empt. l. si Pater C. eodem*. Bald. *in l. ex prædijs*, *C. de euict.* vbi quod vendens simpliciter videtur vendere pro libera, & liberam tenetur tradere. Tiraquell. *de retract. conuent.* §. *primo glos. 9. numero 56.* vbi dicit, quod videtur tacitè conuentum inter emptorem, & venditorem, vt res libera tradatur. Surd. *decis. 253. numer. 7. & 8.* Rot. *decis. 586. num 54. par. 1. diuers.* & dixit etiam *in dicta Bononien. bonorum coram bon. mem. Lancellotto*.

Et ideo, si facultatem habet tradendi, debet rem tradere, quia secus non liberatur, volens soluere interesse, glos. *in l. prima verb. agitur, vers. quid autem ff. de act. empt.* Corn. *cons. 226. litter. A. vers. qualitercumque, lib. 2.* Seraphin. *decis. 321.*

Et quamuis contrarium dicat text. *in l. 1. ff. de act. empt.* & ita exponant talem legem Bald. Io. Azo, & alij, quos refert ibi glos. *in dicta l. verb. agitur, vers. Bald. autem ante medium*, Ludouis. *dec. 241. num. 3. & seq.* vbi Adden. tamen præcitati videntur loqui in promissione de vendendo, & possunt adinuicem reconciliari: quod cùm interesse sit inductum fauore emptoris, Surd. *cons. 23. num. 26.* Bald. *in l. si traditio num. 4. C. de act. empt.* erit in electione emptoris, quia potest eligere, vt supra, an potius velit rem emptam, quàm interesse glos. *in l. prima, verb. agitur, circa medium, vers. cum ergo his legibus, ff. de act. empt.*

Et, si veniret casus, quod aliquis venderet rem non suam, vel alteri obligatam, pro libera, & sua, teneretur pœna falsi, vt dicit Negusant. *de pignor. membr. primo par. 5. num. 47.* & committeret periurium, et ex eo ipso facto caderet à iure contractus. *cap. querelam*, et ibi glos. prima, et fin. et Bald. *de iur. iur.* Alex. *consil. 85. lib. 1.* vbi dicit, quod communiter tenetur, quod pœna legis, *si quis maior, C. de transact.* habet locum in omni contractu. Cassador. *decis. 2. numer. 7. de iur. iur.* Tu autem declarabis quod hoc habet locum, quando adesset dolus; quia si dolus abest, excluduntur supradicta, vt dicit idem Cassador *loco citato*, et idem dices, quando non est præiudiciale. Cenc. *de censib. decisione 56. numer. 4. veter. impression.*

Nec tibi displiceat, quòd liceat contrahentibus sese ad inuicem decipere: quia hoc dicit glos. *in l. cùm pater filios*, §. *mense, ff. de leg. 2.* Surd. *decis. 322. n. 55.* Sed declara, vt apud Surd. quod intelli-

telligitur, quod precium, non autem quoad vitium. Papien. *verb. venditio, glos. pro pretio n. 2* glos. *in l. Iulianus, §. Item, verb. quanto minus, ff. ae act. empt.* Et si velles contractum facere in Ecclesijs scias quod contractus valent, sed contrahentes peccant. glos. *in c. decet in verb. processus, de immunit. Ecclesiast. in 6.*

Contractus verò talis iudicatur, qualis à partibus denominatur. Rota *apud Seraphin. apud Boccacc. de censib. part. 2.* inter impressas *decis. 794. n. 2.* Sed fallit, vt ibidem, quando natura contractus aliter dicat. Talis etiam dicitur, qualis apparet in figura. Seraph. *dicta decisione 794. numero 2.* vbi adducitur etiam supradicta fallentia.

Et regulariter non requiritur scriptura, licet illa adhibeatur ad faciliorem eius probationem *l. contrahitur, ff de pign. l. penultima ff. de fid. instrumentor. cap. 1. de censur. in 6.* vbi Bald. Surd. *decisione 71. num. 4.* licet multi sint casus, in quibus illa requiritur, vt puta ad probandum iuramentum, ad probandum pacem, & dependentia contractus ad probandas vsuras. vt puta etiam in causis pijs in probanda confessione debiti, promissione absolutionis, ac etiam in causa dotis, & alijs huiusmodi, quæ licet possint probari per testes, Surd. *dec. 43. num. 7. decisione 277. numero 2. & 4. decis. 284. num. 16.* Vtilior tamen, & quasi necessaria, ne dicam necessarijssima, est scriptura: de quibus te docebit experientia, & reuolutio librorum.

Et si partes conueniant, vt conficiatur scriptura, tunc actus nihil operatur antequam scriptura conficiatur. Cyn. quem sequitur Fabian. de Monte *in tract. de empt quæst. 5. principali numero 54.* Dec. *cons. 349.* & *in l. pactum, quod bona fide, vers. 2. C. de pact.* vbi reprobat Castr. Claud. *in l. qua lis, de verb. oblig.* vbi attestatur communiter reprobari dictum Castrens. Aretin *consil. 160.* Rota *apud Put. decis. 43. lib. 3.* & Mantic. firmans ita practicari. *de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 10. num. 8. in fine*, & Rota *decisione 277. num. 6. parte prima, & decisione 171. numero 2. parte 2. diuers.* Thesaur. *decisione 197. n. 7.*

Sed aduerte, quod ista conclusio dependet à coniecturis, vt dicit Aretin. *consil. 159 num. 10.* & Mantic. *dicto tit. 10. numero 12.* Ideo illæ sunt attendendæ, Mantic. *vbi supra*. Et isto casu testes non possunt probare contractum, tex. *in l. generaliter C. de non numerata pecun.*

Et hoc casu, si deficiat scriptura, contractus non est perfectus, & tunc est locus pœnitentiæ. *l. si contractus, C. de fid. instrum.* & §. 1.

Instit.

Instit de emp. & vendit. Honded, *consil.* 52 *numero* 15 *libro primo.* Quia quando partes conueniunt de conficiendo scripturam, in dubio censetur dictum pro substantia, & quod interim contractus sit imperfectus. DD. rel. ti a glos *in § primo verb. scriptura*, vbi Aldobrand, *in add.* attestatur hanc esse magis communem, *Instit de empt. & vendit.* & hanc opinionem sequuntur omnes, vt testatur Salicet. *l. contractus num* 5. Boer. *decisione* 183. *n* 10.

Et, si in illo addit aliqua conditio impossibilis, tunc illa vitiatur, sed non vitiat contractum, illeque purus remanet. § *impossibilis, Instit de inutilib. stipulation.* Scias, quod habet locum in testamentis; quia in obligationibus, & contractibus dicitur contrarium *in §. si impossibilis, ut tum § . stipu. t.*

Et si contractus est nullus, non indiget rescissoria: & ideò si quis alienat contra pactum non obstante dicta alienatione creditor poterit exequi, & agere executiuè etiam contra tertium non obtenta dicta rescissoria. Bart *in l. creditores numero* 25. *vers. credo, quod fit C. de pignor.* quem refert & sequitur Salicet. *quaest.* 6. *n.* 23 monens, quod tale pactum ponatur in instrumento, quia est rescissiuum ipso iure, ideoque bene practicatur, si apponitur, vt monet Salicet. in Instrumento quia tunc bene agitur etiam contra tertium. Cutti. *in l. nemo potest numero* 38. *&* 39 *de leg* 1. Felician. *de censibus lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. Surd. *consil.* 405 *numero* 8. *in fi.* *col.* 3. Gratian. *cap.* 150 *num* 9. *&* 10. cum alijs pluribus allegatis per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Petrum Franciscum de Rubeis in causa Recanaten, domus inter bonae memoriae Illustrissimum Marchionem Melchiorium, & Perillust DD. de Amicis de Macerata de anno 1634. quam impressam videbis in fine huius tituli, ad perpetuam vtilitatem contrahentium.

Si quis autem contractum concludat in Vrbe etiam quod tractatus extrà illam factus appareat, attamen in Vrbe tales contrahentes rectè conueniuntur. *Rota in Romana, seu in Rauennaten. pecuniaria* 26. *Iunij* 1630. *coram Pirouano,* vbi fuerunt conuenti mercatores forenses ex hoc ipso capite, quia tales forenses se subiecerant foro Romanae curiae, & notatur casus singularis, quia tales mercatores pro repetitione indebiti fuerunt executiuè conuenti, & condemnati ex eo, quia executiuè exegerant, & fuit processum de bono, & aequo.

Et secundum Surd. *decisione* 13. *num.* 6. *& decisione* 227. *num.* 8. quoad solemnitates, & ordinationes, attenditur locus contractus.

Con-

Conclusio autem contractus, & non tractatus attenditur. Ludouis. *decisione* 168. *num.* 2. vbi *num.* 5. reprobatur testis, qui licet interfuit tractatui, non interfuerat conclusioni.

Et si quid reperiatur dictum in Capitulis, & non repetitum in instrumento, an sit standum instrumento? vide Ludouis. *decisione* 90. *num.* 15. *& decisione* 168. vbi Adden. *n.* 6. *&* 7.

Si autem fiat emptio pro pretio declarando per aliquem, & ille non vult, aut non potest declarare, *l. fin. C. de contrahen. empt. & vendit.* quem text. sequitur Rota *in Vrbeuetana rescissionis contractus* 24. *Ianuarij* 1633. *impres. decis.* 172. *parte* 6. *recent.* quæ decisio tanquam magistralissima debet venerari, quoniam plura de materia doctissime considerat, & egregie resoluit.

Differunt inter se contractus nullus, & contractus reprobatus, & ideò confessio in contractu reprobato non valet, nec declarat animum confitentis, sed reputatur pro erronea. Soccin. *conf.* 3. *n.* 10. *libro primo.*

Declara, si aliud non interueniat. Bald. *in l. alia numero* 2. *&* 3. *C. de his quibus vt indignis*, vbi Bald. distinguit: aut instrumentum est nullum ex defectu solemnitatum, & tunc confessio est valida: aut est nullũ tamquam factum contra prohibitionem legis, & tunc confessio est nulla Cassador. *decis.* 5. *num.* 19. *de iure patron.* Vant *de nullit. tit. quoties; & infrà numero* 51. Verall. *decisione* 187. *par.* 1.

In Censu quoque confessio de recepto non tenet, nisi aliunde constet de numeratione; Cenc. *decisione* 133. *numero* 7. *& decisione* 136. *numero* 6. & idem Cenc. *parte* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 8. *numero* 17.

In cessione etiam, vbi requiritur vera numeratio, confessio de recepto non nocet *l. ab Anastasio circa med. C. mandati* Alex. *in l. singularia num.* 35. *ad med. ff. si cert. pet.*

Idem in contractu vsurario confessio censetur in fraudem, & per simulationem. Rota *decis.* 192. *parte prima diuers.* & sustinetur in contractu nullo. Gabr. *de clausul. conclus.* 10. *per tot. & conclus.* 3. *numero* 82. Put. *decis.* 400. *num.* 3. *lib.* 1. *& decis.* 213. *in fine, lib.* 2. Pacific. de Salu. *decisione* 163. *numero* 3. *& dixit* Rota *coram* Litta *in vna Hispalen. beneficij de Xerez* 6. *Nouembr.* 1602. Et quod talis confessio in contractu nullo sustineatur. Ruin. *conf.* 7. *numer.* 2. *lib.* 3. *& con* 53. *numero* 14. *lib.* 2. *de communi.* Put. *decis.* 4. *de confessis*. Mancin. *de iuramento part.* 4. *effect.* 85. *numero* 13. Mascard. *conclus.* 358. *num.* 1. *& seq.*

Ratio, quia declarat mentem confitentis etiamsi contractus sit nullus

nullus. *l. legatum sub conditione*, §. *final. ff. de alim. l. 2. C. de fide instrum l. in testamento ff. de fideicom. liber.* Vant. *de nullit. tit. quoties*, & *infra n.51.*

In contrarium multa refert. Tiraquell. *de iur.constit.part.3,lim.7* Mascard. *conclus.358 n.3.* & DD. *in cap. cum Venerabilis num.24. de excep.* Gabriel. *conclus. 10. num. 11. vers. contrarium,de clausulis* Verall. *decisione 187. num.2, part. prima*.

Sed tu declara quando nullitas procedit ex post facto, quia dicta conclusio procedit ab initio. Tiraquell. *de constit. parte 3. limit. 7. numero 41.* sequitur Rota *decisione 106. part 2. diuers.* & Seraphin. *decis. 785. n.2,*

Item fallit, quando pacta non essent correspectiua, sed tantum ad fauorem vnius, tunc annullato contractu pacta in fauorem vnius non annullantur. Rota *decis. 118. num.5. parte prima diuers.* Item confessio facta in iudicio nullo ex capite, quod non sit Iudex ex defectu iurisdictionis, non tenet *cap. vt si clerici, de iudic.* Speculat *de confess.* §. *sequitur n.5.*

Sunt alij plures casus, in quibus confessio in contractu non noceti; vt de marito confitente dotem constante matrimonio, nulla præcedente promissione, & similibus, quos ex te poteris inuenire.

Ex contractu quoque inutili prohibetur retentio. Bald. *in l. vltima num.2. C. de litig.*

An autem contractus nullus validetur iuramento? ponit quæstionem Simonc. *lib.3. tit 8. numero 137. inspect.18. de decret.* et Boccac. *super Constit. Marchiæ glos.2.* et glos.8, et adest distinctio: aut lex prohibet personam contrahere, tunc est opinio, quod non confirmatur, quia talis persona contrahendo, peccat mortaliter, et iuramentum non potest seruari sine peccato, aut lex annullat contractum fauore debitoris, et tunc quòd iuramento firmatur *l. si quis pro eo, de fideiussor.* Sed vide *dictum Simonc. dicto tit.* vbi videbis ampliationes, et limitationes. Sed in quocumque casu quod sit necessaria absolutio à iuramento, videbis Boccac. *vbi supra glos 2, numero 12*, et in praxi est indubitatum, quod semper ad omnes meliores effectus ista absolutio obtinetur.

Quæ concurrunt ad omnem quemque contractum, vel concurrere possunt, sunt tria: videlicet primo substantialia, seù essentialia. Secundo naturalia, seu accidentia propria. Tertio accidentalia, seu extranea, de quibus videnda est glos. *in l. pacta conuenta, de contrahen. empt.* Negus. *de pignor, 1. membr.3 par. numero 26.*

Corrad.

Corrad. de contract. tract. 4. *quæstione* 79. *vers.* 2. *supposito.* Et quomodo procedant, videnda est opinio Rotæ *coram Seraphin. relata* per Boccac. *de censib par.* 2. *num.* 152.

Si quis autem prohibetur contrahere, prohibetur quoque distrahere, Affl.&. *decis.* 232. *num* 3.

Aliud etiam est contractus, & aliud sunt verba illius, seu instrumentum. Nam contractus est ipsa conuentio, quę fit inter partes, instrumentum vero est illud, in quo fit reductio conuentionis illius in scripturam. Bart. *in l. cum res in principio C. de probationibus*.

Et instrumentum potest esse nullum, & contractus potest esse validus. Castrens. *cons.* 75 *n.* 1 *lib.* 2.

Tamen hęc duo ex generali consuetudine confunduntur. Ioseph Ludouic. *commun. conc.* 38. *in fin.* Surd. *decisione* 71. *numero* 8. Honded *cons.* 52. *num.* 18. *lib.* 1. & Crauett. *cons.* 290. *num.* 6. *post princip.* dicit quod possunt petere debitum, & renunciare instrumento; sed est facienda probatio per testes. Surd. vbi supra *decis.* 432 *num* 7. *decis.* 72. *num.* 7. *decisione* 277. *num.* 4. *&* *decisione* 284. *num.* 16.

Et est sciendum, quod in illo, nihil, quod est appositum, censeri debet superfluum, vel ociosum. *l. si quando, ff. de leg. prim. c. a pit. si Papa, de priuileg. in* 6. Bald. *in rubr. C. de contrahen. empt.* Menoch. *cons.* 19. *num.* 8. Surd. *decis.* 310. *num.* 9.

Quando autem est stricti iuris, non venit, nisi id quod fuit expressum in figuratione casus, § *primo verb. item instit. de oblig. ex consensu.* Nec in eo fit extensio. Corbul. *de iur. emphyt. tit. obliniam finitam, num.* 90 *verbo caterum ego, & num* 10. Et imputandum est stipulatori; cur legem apertius sibi non dixit. Corbul. *dicto verbo caterum ego, & numero* 11. *&* 14 *l. quidquid astringendi ar. verbo obligat.* Paris *cons.* 17. *numero* 6 *l. bro primo.* Et licet Honded. *cons.* 44. *numero* 22. *libro secundo* videatur tenere contrarium ille tamen loquitur de contractu bonæ fidei, Corbul. *vbi supra num.* 15.

Et semper contrahentes præsumuntur se voluisse conformare cum dispositione Statuti. Corbul. *vbi supra num* 10. Seraphinus *decisione* 264. *numero* 18. Pon. *decisione* 708 *numero* 4. *parte* 3. nec non cum iure communi de contractu illo loquente, quando statutum cessat. Surd. *decisione* 322. *numero* 55. Corbul. *dicto numero* 20 & Rota *decisione* 11. *numero primo*, *&* *decisione* 695. *numero* 5 *parte prima diuers.*

Hodie omnes contractus sunt iuris gentium, vt dominia. *l. ex hoc iure ff. de iustit. & iur.* Frestas. *de collect. parte* 4. *cap.* 4. *num.* 44 & omnes contractus de mundo hodie dicuntur bonæ fidei si credimus Seraphino *de priuil. iuram.* 31. *n.* 97.

Et ex vno contractu duo contractus compatibiles possunt oriri; Rota *decis.* 763. *num.* 9. *parte prima diuers.* Abb. *cons.* 15. *numero primo libro primo.* Exemplum in societate venditio in venditione locatio. Mantic. *de tacit. & ambig. libro* 6. *tit.* 6. *num.* 5. vbi multos congerit.

Et cauendum est, quod est capienda omnis interpretatio, ne oriatur repugnantia, & correctio vetari debet. Dec. *cons.* 500. *numero* 8. *l. nam ad ea de condit. & demonstr. cap. inter dilectos* §. *taterum de fid. instrum.* Rota *in Romana domus* 9. *Martij* 1609. *coram bonæ memoriæ Manzanedo in fine*, vbi datur exemplum, ad euitandam repugnantiam.

Adsunt etiam quasi contract. & fiunt exempli gratia quando quis gerit negocia alterius sine mandato, tunc enim dicitur quasi contrahere glos. *in l. prima*, §. *hac autem*, *ver. ex negocio*, *ff. de his, qui deiect, vel effud.*

Et in Statutis appellatione contractus, veniunt quasi contractus vt de magis communi opinione testatur Tiraquell. *de leg. connub. glos.* 5. *num.* 119 *quæstione* 11. quem refert Rota *in Romana tutelæ de Fabijs* 17. *Martij* 1586. *coram Seraphino*, vbi de materia, quam vide, an firmet, seù diuersimodè; resoluat, quia ad eam te remitto.

Et in quasi contractu requiritur eadem solenitas, quæ requiritur in contractu. Bart. *in l. mater, & in l. mutuum* §. *fin. ff. de acquir. hæred.* Surd. *cons.* 128. *n.* 120.

Dicitur autem quasi contrahere quis adeundo hæreditatem, vt habes apud Phanucc. de inuen. quem videbis. Item, quando quis tutelam suscipit. Rota *in dicta Romana tutelæ de Fabijs coram Seraphino* & sunt alij casus puta si quis litigat, & alij huiusmodi, quos ex te disces.

Si instrumentum esset nullum, contractus probari posset per testes. Natt. *cons.* 609. *numero* 21. *& seqq.* Surd. *cons.* 144. *num.* 16. *& dicto decis.* 277. *numero* 4. *& decis.* 284. *numero* 16 *& decis.* 43. *numero* 7. *& decisione* 72. *numero* 7. Castr. *cons.* 75. *numero primo lib.* 2.

Et nemo potest cogi contrahere. *l. nec emere*, *C. de iur. delib.*

Phanuc.

Phanuc. *de inuent. part.* 7. *numero* 165. cum adductis per D. mum Inghiramum coram Illustrissimo Baranzono pro Iosepho Maturo, vt in eius consilio in calce registrando.

Si contractus pendet à futuro euentu, non dicitur perfectus, nec purus. Asin. *de execut.* §. 7. *cap.* 233. *num.* 3. Surd. *dict.* 1 *decis.* 64. *numero* 13.

Attenditur natura contractus, non autem verba. Bald. *in l.* 2. C. *com.* Tiraquell. *de retract. conuent. glos. prima nu.* 34. Rol. *cons.* 69. *numero* 40. *lib.* 3. Hector Felic. *de societ. c.* 2. *numero* 23. Et claudicare non debet. Surd. *decis.* 187. *num.* 2. nisi permittatur à lege. Surd. ibidem num. 11.

In vltimis quoque voluntatibus potest fieri contractus *l. haredes palam in fine*, vbi glos. *ff. de testam.* Vital. *clausul.* 148. *numero* 13.

Et in illis verba praesentis temporis non trahuntur ad futura. Surd. *cons.* 313. *n.* 2.

Nec verba de futuro perficiunt contractum, sed verba de praesenti. Rota *decis.* 212. *numero* 2. & *decisione* 517. *n.* 5. *parte prima diuers.*

Oblatio non potest fieri in contractu, sed requiritur depositum, & vbi non est adiecta dies solutionis precij illud debetur praesenti die Surd. *decis.* 114. *n.* 8.

Spes obligationis conditionalis transmittitur ad haeredes. §. *ex conditionali, instit. de verb. oblig.* Innoc. *in l. si filius familias, post princip. vers. item contra, ff. de verb. oblig.* & *in l. final. numero* 3. *post med. vers. sed certè, de donat. caus. mort. l. necessario sciendum est, §. quid si pendente, ff. de pericul. & commod. rei pet.*

Si stipulatio concepta est in voluntate vnius ex contrahentibus idest debitoris, est inutilis *l. centesimis*, §. *final. ff de verb. oblig.* Limita, vt per Iason pluribus modis *in dicto* §. *fin. si ita stipulatu* per totum, quem poteris videre, quia pulchrè tractat materiam.

Scias etiam, quod si aliquis carceratus faciat contractum, talis contractus est nullus, praesertim si ante obligationem suas fecit protestationes. Pen. *decis.* 500. *n.* 1. *parte* 3. & dixit Rota *in Romana, seù Spoletana redditionis rationis* 31. *Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. Ottbobono.*

Quid si contractus fuerit celebratus in suo loco, & solutio in alio destinata, quale Statutum debeat attendi, vide Rubeum *in addit. decisione* 6 *numero* 53. & 55 *parte* 3 *recent.* & dixi supra per Surd. *decisione* 227 *numero* 8 & *decis.* 13. *numero* 6.

Et quid dicendum de contractu celebrato ab ebrio? idem Rub

ad decisionem 28. *numero* 75. *& numero* 142. *dicta parte* 3. *recent.*

Contractus correspectiuus ad mandatum cessat cessante mandato ob reuocationem. Rota *decis.* 354. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

Quomodo autem dignosces contractum emphyteusis à contractu locationis? dignoscitur apud Rub. *in addit. decis.* 12. *num.* 55. *& seqq. d. par* 3. *recent.*

Contractus autem simulatus non valet, & est ipso Iure nullus Rub. *ad decis.* 9. *per totum par.* 3. *recent.*

Si autem ineatur ex falsa causa, vitiatur, sed non si fiat ex causa inepta. Rota *decis.* 167. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

Et si est locationis, est indiuiduus, & debet acceptari, prout iacet. Rota *decis.* 650. *num.* 1. *par.* 3. *recent.*

Et dicitur perfectus, si contrahentes dent sibi manus ad inuicem. Rota *decis.* 375. *num.* 4. *par.* 4. *recent.* Et licet sit personalis, & adsit dictio, tantum, dicitur tamen transitorius ad hæredes. Rub. *ad decisionem* 10. *num.* 42. *par.* 3. *recent.*

Et si redditur nullus ratione matura culpæ, potest dari de nullitate. Rub. *vbi supra ad dictam decis.* 9. *num.* 41. *par.* 3. *recent.* Et si est imperfectus defectu consensus, non validatur ex superueniente consensu. Rota *decis.* 567. *numero* 10. *par.* 3. *recent.* Et si habet clausulam, *Non aliàs &c.* dicitur resolutus ob non implementum. Rota *decis.* 358. *num.* 2. *par.* 4. *recent.* Et si transit de vna specie in aliam, deficit consensus. Rota *decisione* 397. *numero* 6. *parte* 4. *recent.*

Si autem contrahant personæ prohibitæ; vt puta, Amasius cum Amasia, contractus præsumitur simulatus. Rota *decis.* 13. *num.* 8. *par.* 4. *recent.*

Si autem faciant compromissum, censentur voluisse tantum, quod fuit expressum. Rota *decis.* 768. *num.* 2. *par.* 3. *recent.* Et, si feratur laudum absque partis citatione, illud non sustinetur. Rota *in Calaguritana processionum* 30. *Ianuarij* 1626. *coram bon. mem. Remboldo.*

Et si contractus est nullus, de tali nullitate potest dari tantum ab eo, cuius fauore fuit inducta. Pen. *decis.* 214. *num.* 3. Et si deficit causa vera, non obligat. *decis.* 60. *num.* 14.

Atque vt in eo cognoscatur læsio, attenditur initium, idem Pen. *decis.* 376. *num* 10.

Et si deficit contractus principalis, corruit clausula accessoria Constituti, idem Pen. *decis.* 649. *num.* 16.

Et emptionis, & venditionis, si non fuit consummatus, est licita pœni-

pœnitentiæ, idem Pen. *decis.6. num.5.* & D. Inghiramius *loco citato*.

Si vero fuit celebratus nouus contractus locationis cum augmento pensionis, & nouis pactis; eo ipso obligati in prima locatione remanent liberati, idem *decis.578. num.1.*

Et si contrahatur emphyteusis, habet etiam locum ius congruum, ex Bulla Gregorij XIII. dictus Pen. *decisione 71. numero 5.*

Et in emphyteoticis tacitè inest prohibitio, vt non possint alienari, idem *decis.672. num.2. & 4.*

Claudicat semper fauore pupilli. Ludouis. *decis.574. num.4.* & non potest pro parte acceptari, & pro parte secus. Idem *decis.467. num.5.* vbi Add. *num.16.*

Iuratus vero non comprehenditur à Statuto requirente certas solemnitates. *decis.391. num.4.*

Si contractus venditionis non habet precium certum, est nullus: & idem dices, si venditio est facta pro precio, pro quo res aliàs fuit vendita, si aliàs vendita non reperitur. Et idem etiam dices, si fuit vendita pro precio declarando, si non est nominata certa persona, quæ æstimaret. Surd. *dicta decisione 114. numero 6. 21. & 123.* et D. Inghiramius *loco citato*.

Vbi autem adest promissio de vendendo, & oblatio precij, dicitur perfectus. Surd. *decis.362. num.4.*

Et si quis petit declarari contractum nullum propter ætatem, debet probare ætatem. Surd. *decis.104. num.22.*

Minor autem potest approbare, & ratificare contractum nullum à se factum, idem Surd. *decis.179. numero 18.*

Quando vero fuit factus à maiore cum minore, dictus maior debet agere contra minorem, vt deliberet, an velit stare contractui; an non. Idem Surd. *decisione 179. numero 19.*

Et si minor ratificat, contractus dicitur validus, vt nunc, non vt tunc. Surd. *decis.70. num.17*, quia ratificatio inualidi dicitur verus contractus, ibidem *numero 14.* sed ratificatio non potest fieri parte absente, idem *decisione 70. numero 12.*

In casu duorum contractuũ, si primus sit validus, & secũdus nullus: tunc statur primo, quia ab eo non censetur recessum. Surd. *decis.51. numero 15.*

Si in nominato deficiat causa finalis, corruit contractus. Surd. *decis.220. numero 19;* & *decis.300. numero 2.* Idem eueniet ob inobseruantiam pactorum. Surd. *dicta decis.220. numero 18. & 20.*

Quan-

Quando autem contractus dicatur simulatus, dixit Surd. *decisione 34. per tot.*

Consilium verò Illustrissimi & Reuerendissimi D. mei Petri Francisci de Rubeis, quod tibi supra indicaui, est infrascriptum, videlicet.

Recanaten. Dotis.

REVER. Pater. Regula, quòd executiuè in vim obligationis Cameralis, vel instrumenti quarantigiati non possit procedi contra tertium possessorem, fallit principaliter, quando debitor res hypothecauit cum pacto de non alienando, & nihilominus postea illas in alium transtulit, inuito, vel inscio creditore: quia tunc super illis executionem facere potest etiam contra tertium possessorem, cum alienatio sit nulla secundum Barc. *in repetitione, l. creditores numero 25. verf. credo quod fic C de pignor.* quem ibi refert, & sequitur Salicet. *quaestione 6. sub numero 23.* monens, quòd tale pactum apponatur in instrumento, quia est rescisiuum ipso iure tituli, & contractus. Ideoque potest exerceri contra tertium possessorem. Suarez. *in l. post rem iudicatam, limitat. 1. numero 5. verf. limita nisi, ff. de re iudicat. fol. mihi 137.* Guttier. *in l. nemo potest numero 38. & 39. de legat. 1.* Couar. *lib. 3. var resol. cap. 7. numero 6. circa med verf. illud tamen erit.* Caldas *quaest forens seù recept. sentent. lib. 2 quaestione 36. numero 23. col. penult. in principio verf. quod tamen limitandum est.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. par. 4. §. 5. numero 15. in fine, verf. sexto cessat, cum seqq.* Felician. *de censib. lib. 3. cap. 4. numero 6.* Geuall. *commun. contra commun. quaestione 36. numer. 17. in fine verf. quia talis executio, cum seq. & quaest 76. numero 28.* Quod intellige, vt infrà. Surd. *cons. 405. numero 8. in fin. verf & pro hac conclusione, cum seq. vol. 3.* Gratian. *discept. 150. num. 9. & 10.* Coler. *de process. execut. par. 2. cap. 3. num. 460. & 461.* Villalob. *commun. opin. littera A num 139.* & de communi testatur Franc. Turzanus *commun. opin. lib 14. verb. pactum de ingredien.*

Qui profectò est casus noster. Nam vltrà specialem hypothecam censuum emendorum à Morono cum pecunijs ei soluendis pro dote vxoris, à D. Marchione conuentum fuit etiam, ne possent de vno in alium transferri, nisi prius reassecurata tota dote: Vndè liquet, census, de quibus agitur, emptos cum pecunia dotali non

potuisse

potuisse à dicto Morono transferri in D. Angelam, non reassecurata prius dote prædicta in alijs bonis, iuxta tenorem dictæ conuentionis, & sic eorum cessionem vti nullam, ad text. *in l. si creditor, §. fin ff. de distract. pignor.* & notata per Bartol. & Imol. *in l. si ita quis §. ea lege, ff. de verb. obligat.* non impedire, quominus ius executiuum obligationis cameralis exerceri possit etiam contra tertium, ex prædictis.

Secundò fallit, quandò creditor ostendit res sui debitoris iniustè detineri à tertio, nec vllam apud eum extare veram possessionem in præiudicium ipsius creditoris. Caualer. *decis. 62. numero 6. vers. ex quibus, & n. 7.* Gratian. discep. 701. *numero 65.* vbi subdit, huiusmodi oppositionem non esse de iure tertij, sed de non iure volentis impedire executionem.

Quæ iniustitia satis aperte conuincitur in casu nostro ex cessione facta sorori in satisfactionem dotis iam solutæ, nam contra bonam fidem est, bis idem exigere *l. bona fides 57. ff. de regula iuris.* Vndè liquet, titulum, ex quo D. Angela prætendit quasi possessionem censuum, de quibus agitur, esse nullum, & à lege penitus reprobatum, & procedere dictum Bartoli *in præallegata l. creditores, numero 23. C. de pignorib.* & quod executio recta via fieri potest contra tertium possidentem ex titulo nullo, & reprobato à lege, cui Parlador. *dicto cap. finali part. 4. §. 5. numero 4.* dicit reliquos omnes assentiri; & rationem reddit Giurb. *decis. 22. sub numero 18.* quia titulus nullus habetur pro non titulo, & neminem priuat iure suo.

Tertiò fallit in tertio, qui possessionem adeptus fuit ex contractu simulato, secundum Bal. *in l. executorem, numero 27. vers. pone, quod executio, C. de execution. rei iudic.* Parlador. *dicto cap. final. parte 4. §. 1. numero 10.* & Giurb *dicta decis. 22. n. 8.*

Nam talis, meo iudicio, videtur cessio, cui nititur D. Angela, cum deficiat causa asserti crediti dotalis iam soluti, nec sit præsumenda donatio tantæ summæ, vel supponendus error in facto proprio.

Quare, &c.

P. Franciscus de Rubeis Aduocatus.

Con-

Consil'um vero D. Cosmi Inghirami egregij filij Illustrissimi D. Ioannis Romanę Vrbis Senatoris integerrimi.

Romana Aromatariæ.

REVER. Pater. Non tenetur inuitus principalis meus apothecam aduersario vendere, per tex. *in l. inuitum*, *& l. dudum*, *C. de contrahen. empt. l. nec emere, C. de iure deliberan.* Surd. *cons.* 20. *num.* 20. *& decisione 39 numero 9.* Rota *in vna Romana iuris congrui* 30. *Martij* 1579. *coram Robusterio*.

Non obstat asserta promissio de vendendo; non solum quia promissio de vendendo non est venditio, cum valde differat à venditione, neque dicatur perfecta venditio, per tex. *in lege, bona fides*, vbi glos. *in verb. conductarum ff de eo, quod certo loco*. Gozad. *in l.* 2. *numero* 18. *in verbo, promissio, C. de pact. inter empt. & vendit.* Dec. *cons.* 185. *numero* 4. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 66. *numero* 20. Burs. *cons.* 100. *numero* 1. Thes. *decisione* 733.

Sed etiam, quia neque remanet probata per aduersarium, cum testes per ipsum examinati sint nulliter examinati: ideoque nullam faciunt probationem. *cap.* 2. *verbo, nullius momenti* vbi Abb. *n.* 14. *de testibus.* Crescent. *decisione* 2. *numero* 4. *eodem tit.* Rota *in Hispalen primitiarum* 13. *Maij* 1622. *coram R. P. D. Nauarro*.

Maximè, cum non fuerit iurata, non potest recipere vires à iuramento. Grat. *discep.* 533. *num.* ... *& discep.* 564. *num.* ...

Sed dato etiam, quod promissio de vendendo obliget promittentem ad factum, vel ad interesse; adhuc tamen ista non potest dici perfecta venditio, cum deficiant duo ius requisita necessaria, scilicet pretium, & consensus, sine quibus est nulla. *l. prima ff. de contrah. empt.* S. *primo instit eodem tit. l. ex consensu in. fin. ff de act. emp.* Afflict. *decisione* 180. *num.* 4. Rota *decis.* 57. *n.* 1. *parte* 4. *in recent.*

Precium deficit, cum non fuerit constitutum in certa quantitate, sed solum à Peritis arbitrandum: quod tamen debet esse certum, & liquidum.

Neque obstat, quod reddetur certum ex futuro euentu, scilicet ex electione Peritorum facienda.

Quia quamuis fuerit collata in arbitrium æstimatoris, adhuc venditio non valet, donec precium declaretur. *l. fin. C. de contrah. empt.*

empt. dicto §. *precium*, *Instit. de empt. & vend. l. si merces, ff. locati* Corn. *consil* 110. *num*.4. *vol*.3. cum sit conditionalis. Buratt. *decisione* 70. *num*.7.

Vnde cum vsque adeo non æstimauerint, est locus pœnitentiæ. Surd. *cons*.38. *num* 2.

Vlterius adest in meo principali defectus insanabilis consensus, cum minor absque solemnitatibus statutarijs non possit se obligare, per statutum Vrbis *in cap*.151. Gratian. *discept*.17. *numer*.13. Rota *decis*.81. *num*.21 *par*.6 *recent*.

Propterea sublata de medio tali promissione, erit facienda Augustino, non autem Angelo aduersario; quia Ioseph multum auget suam conditionem. Tum quia faciliorem sperat solutionem ab Augustino, qui iam scuta mille deposuit in sacro Monte Pietatis, per text. *in l. vbi autem*, § *melior autem conditio*, *ff. de in diê adaict.* Angelus autem nondum adimplenit. Tum quia Augustinus soluet libere absque vinculo euictionis, vt per Mantic. *de tacit. & ambig lib*.4. *tit*.28. *num*.10. *in fin*. pecuniæ vero Angeli debent reinuestiri in bonis stabilibus cum expressa mentione, quod proueniant ex dote vxoris.

Tum quia maiores qualitates, & merita concurrunt in Augustino, quia ipse per octo annos inseruiit eius apothecæ, vnde tenetur Ioseph ob gratitudinem eum præferre. Gratian. *discept*.318. *num*.41. quia adhuc ipse in exercitio reperitur. Quia demum voluntas patris demandata filio fuit, vt apotheca venderetur Augustino, & ideo tanquam magis dilectus debet præferri. Grat. *cap*.771. *numero* 23. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib*.6. *tit*. 11. *numer*.13.

Quare &c.

Cosmus Inghiramus Aduocatus.

DE FORO CAPITOLINO.


E Foro Capitolino, & eius priuilegijs videbis Constit. 71. Pauli V. *fol. 196. bullar. nou. tom. 3. super reformatione Tribunalium Vrbis*, superius tibi indicatam, in qua poteris te edocere, quando adest differentia cum alijs Tribunalibus. Priuilegia quoque Populo Romano concessa videbis apud Sixtum V. *Constit. 23. fol. 393. tom. 2.* apud Iulium II. *Constit. 29. fol. 388. tom. 1.* Leonem X. *Constit 1. fol. 394. tom. 1.* Innocentium IV. *Constit. 2. fol. 546. tom. 2.* Pium IV. *Constit. 58. fol. 61. tom. 2.* Pium V. *Constit. 17. fol. 148. tom. 2.* dictum Pium IV. *Constit. 34. fol. 37. eod. tom. 2. in bull. nou.*

In Foro quoque Capitolino tractantur iudicia cum distinctione superius data: nos autem non agemus de iudicio exequutiuo vigore obligationis cameralis; quoniam illud est commune omnibus Tribunalibus mundi, & eodem modo respondetur, quando adsunt pacta exequutiua, prout supra consideratum est.

Minus loquimur de alio exequutiuo, quando agitur vigore legati, vigore testamenti, codicilli, & cuiuscumque vltimæ voluntatis: nec minus de exequutione instrumentorum, & apocharum, prout, nec de exequutione instrumentorum dotalium: nec de iudicio, si fideiussor petat liberationem à fideiussione, vel pro indemnitate caueri: nec de causis mercedis, nec de suspicione fugæ, quia super his data est forma à Statuto Vrbis, vt de exequutione instrumentorum habes *cap. 82. lib. 1.* de exequutione apocarum, *cap. 83.* de exequutione instrumentorum dotalium, *cap. 85.* & de exequutione testamentorum, & quarumcumque vltimarum voluntatum, *cap. 86. dicto lib 1.* & circa alia habes *cap. 94. & cap. 95. & cap. 97. & 98.* & de omnibus habes Lucam Pætum *lib 3. ferè per totum*. Ideo quando eueniet tibi casus, seruabis dictam formam, & non errabis.

Aggrediemur igitur iudicium summarium, & deinde dabitur formula iudicij ordinarij: & quoniam nunc tempus aliud non permittit, videbis simpliciter formulas huiusmodi iudiciorum, aliqua

qua addemus postea alia vice, si Deus misericors vitam cum iudicio impartietur, & conseruabit: & pro nunc scies, quod de causis summarijs loquitur dictum Statutum *cap.*88. 89. 90. 91. 92. *&* 96. 114. *& alibi*, prout videbis ex te ipso apud dictum Lucam Paetum *lib.*4. *cap.*1. *&* 2. *& seq.*

Modus etiam, & forma citandi datur tibi in dicta Curia à dicto Luca Peto *sub tit. de nuncijs, & executoribus cap.*5. *& tit. de in Ius vocando cap.*8. *lib.*1. sub tit. *de causis ordinarijs cap.*2. *num.*4. & de admissione articulorum, & testium examine *cap.*5. *numer.*4. & de remissorijs pro testibus examinandis *cap.*6 *num.*7. & de dilat. *num.*1. tit. de reprobat. test. *num.*1. tit. de sentent. probat. *num.*1. 8. *&* 14. *lib.*2. tit. de generali forma procedendi in summarijs, *cap.*2. *num.*1. 2. 4. 10. 11. *&* 12. & tit. si fideiussor se eximi, *cap.*4. *num.*1. *lib.*4. tit. de reiect. appellation. *cap.*7. *num* 2. tit. de suspic. Capit. 1. *num.*3. *&* 4. *lib.*5. tit. de causis nullitatum *cap.*1. *num.*10. *lib.*6. tit. de execution. rei iudic. *cap.*1. *num.*4. *&* 16. *lib.*8. apud quem locis citatis poteris edoceri.

Formula procedendi in Summario Iudicio adipiscendæ.

FORMVLA PRIMA.

HOc Iudicium in Curia Capitolina incipit per viam libelli, prout per viam monitorij incipit coram A.C. & per viam commissionis coram Iudice Commissario; vt puta coram Prælato Romanæ Curiæ, vel coram aliquo ex DD. Auditoribus Sac. Rotæ, & ista productio non solet fieri in brolliardo, vt consueuerunt alia Tribunalia, sed in calce citationis ad dicendum contra libellum, & illius productio registratur in manuali actorum, vbi citationes etiam registrantur. Tu autem antequam aliud agas citabis partem, prout infra.

Secundo Collaterali.

CItetur D. N. ex aduerso principalis ad videndum fieri productionem, seù repetitionem libelli, seù summariæ petitionis, dicen-

contra, admitti, & respondendum illi iuxta formam statutorum ... p. d. Instante D. N. principali &c.

Executa supradicta citatione vel personaliter, vel saltem domi in manibus domesticorum, iuxta formam consuetam per mandatarium dictæ Curiæ, illam reproduces penes substitutum causæ, & ille notabit productionem, & extendet decretum; vt infra.

Relatione facta comparuit idem citra &c. & facto produxit libellum, siue summariam petitionem, prout in folio; quod facto dedit tenoris &c. petens &c. vt supra omni &c. Et Dominus dictum libellum, seu summariam petitionem admisit, si & in quantum iuxta formam statutorum, vt supra, omni &c.

Libellus autem talis erit.

Coram vobis Admodum Illustri & Admodum Excellenti D. Secundo Collaterali seden.

Comparuit coram Vobis Procurator, & eo nomine D. N. hæredis fideicommissarij q. A. & alias omni, &c. contra, & aduersus D. P. detentorem, & occupatorem infrascriptorum bonorum, omnesque alios pro eo in iudicio legitime comparentes, dicens, & narrans non in modum solemnis libelli, nisi si, & quatenus, &c. sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis, quod alias de anno, &c. seu, &c. dictus q. A. suum condidit testamentum, in quo instituto sibi vniuersali hærede q. C. Parre ipsius N. substituit vulgariter, & per fideicommissum filios legitimos, & naturales ipsius C. & alias prout latius in testamento dicta die, & anno in actis rogato; ad quod, &c. & quod tempore sui obitus dictus testator in eius hereditate reliquit inter alia bona, infrascripta bona videlicet: (Hic describuntur bona, ad quæ petitur immissio, cum suis demonstrationibus generalibus; & duabus saltem specialibus, & particularibus) prout suis loco, & tempore, quatenus opus sit, demonstrabitur; & verificabitur. Et quod mortuo dicto testatore dictus q. C. obtinuit immissionem in velam, actualem, & corporalem possessionem dd. bonorum in hereditate dicti D. fideicommittentis relictorum, & quod dictus q. C. contraxit matrimonium cum D. L. cum qua iuxta sacros ritus S. matris Ecclesiæ, & formam sacri Concilij Tridentini matrimonium consummauit, & quod ex dicto matrimonio in figura dictæ S. Matris Ecclesiæ natus est ipse D. N. vocatus ad supradictum fideicommissum, & quod vltimo lo co dictus C. heredes ibidem grauatus mortuus est, & eius corpus traditum fuit Ecclesiasticæ sepulturæ, relicto dicto D. N. filio legi-

legitimo, & naturali; ad cuius fauorem fuit purificatum fideicommissum supradictum: & cum dicta bona per dictum D. A. in eius hereditate sub dicto fideicommisso relicta detineantur, & occupentur à dicto D. P. aduersario, prædictus D.N. instat per D. V. ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Adriani toll. seu altero quouis remedio possessorio eidem magis proficuo, vtili, & competenti decerni, & declarari ipsum D.N esse immittendum in veram realem actualem, & corporalem possessionem dictorum bonorum dicto fideicommisso subiectorum in processu causæ, & causarum huiusmodi liquidan. & verifican. & mandatum de immittendo in dictam possessionem in forma concedi, decerni, & relaxari. Et hæc omnia Procurator prædictus dicit tam narratiuè, quam dispositiuè, fieriquè petit tam coniunctim, quam diuisim, & in solidum, non solum premisso, sed & omni alio meliori modo, petens, &c. deducens, &c. implorans, &c. non se astringens, &c. saluo iure, &c. omni, &c.

Secuta productione huiusmodi libelli, & illius admissione, citatur pars, prout infra.

Citetur D. N. ex aduerso principalis, & C. eius Procurator ad viden. deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concluden. concludique viden. & audiendam sententiam diffinitiuam ad primam diem. Instante D. A principali fiuè, &c. Lucas de Michelangelis Not.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt, & instetit, vt supra. Et

Dominus pronunciauit, & sententiauit, prout in cedula, quam facto mihi dedit tenoris, &c. omni, &c. præsentibus C. & D. testibus, &c.

Tenorem sententiæ tibi non trado, quia illum habes supra, & pro tui instructione adibis Lucam Pætum *cap. 15. de sententia lib. 2.* & plura, quæ tibi sunt necessaria, videbis etiam infrà, quando agam de Iudicio ordinario circa finem.

Aduertere etiam debes, quod post admissionem libelli sunt faciendæ probationes, quę quando fiant, habebis etiam infra quando tractabo de Iudicio ordinario, quia certum est, quòd sententiam sine probationibus non obtinebis.

Declara, quod potest etiam sine probationibus, in casu quo velit litem dirimere cum iuramento, vt dicit Pæt. *cap. 2. generalis forma producendi in summarijs n. 7. dicto lib. 4.*

In hoc iudicio non dantur dilationes, prout in ordinarijs, quia

Sta-

ad decisionem 28. numero 75. & numero 142. dicta parte 3. recent.

Contractus correspectiuus ad mandatum cessat cessante mandato ob reuocationem. Rota *decis. 354. num. 1. par. 3. recent.*

Quomodo autem dignosces contractum emphyteusis à contractu locationis? dignoscitur apud Rub. *in addit. decis. 12. num. 55. & seqq. d. par 3. recent.*

Contractus autem simulatus non valet, & est ipso Iure nullus Rub. *ad decis. 9. per totum par. 3. recent.*

Si autem in eatur ex falsa causa, viciatur, sed non si fiat ex causa inepta. Rota *decis. 167. num. 1. par. 3. recent.*

Et si est locationis, est indiuiduus, & debet acceptari, prout iacet. Rota *decis. 650. num. 1. par. 3. recent.*

Et dicitur perfectus, si contrahentes dent sibi manus ad inuicem. Rota *decis. 375. num. 4. par. 4. recent.* Et licet sit personalis, & adsit dictio, tantum, dicitur tamen transitorius ad hæredes. Rub. *ad decisionem 10. num. 42. par. 3. recent.*

Et si redditur nullus ratione mutuæ culpæ, potest dari de nullitate. Rub. *ubi supra ad dictam decis. 9. num. 41. par. 3. recent.* Et si est imperfectus defectu consensus, non validatur ex superueniente consensu. Rota *decis. 567. numero 10. par. 3. recent.* Et si habet clausulam, *Non aliàs &c.* dicitur resolutus ob non implementum. Rota *decis. 358. num. 2. par. 4. recent.* Et si transit de vna specie in aliam, deficit consensus. Rota *decisione 397. numero 6. parte 4. recent.*

Si autem contrahant personæ prohibitæ; vt puta, Amasius cum Amasia, contractus præsumitur simulatus. Rota *decis. 53. num. 1. par. 4. recent.*

Si autem faciant compromissum, censentur voluisse tantum, quod fuit expressum. Rota *decis. 768. num. 2. par. 3. recent.* Et, si feratur laudum absque partis citatione, illud non sustinetur. Rota *in Calaguritana processionum 30. Ianuarij 1626. coram bon. mem. Remboldo.*

Et si contractus est nullus, de tali nullitate potest dari tantum ab eo, cuius fauore fuit inducta. Pen. *decis. 514. num. 3.* Et si deficit causa vera, non obligat. *decis. 60. num. 14.*

Atque vt in eo cognoscatur læsio, attenditur initium, idem Pen. *decis. 376. num 10.*

Et si deficit contractus principalis, corruit clausula accessoria. Constituti, idem Pen. *decis. 649 num. 16.*

Et emptionis, & venditionis, si non fuit consummatus, est licita pœni-

pœnitentia, idem Pen. *decis.6. num.5.* & D. Inghiramius *loco citato*.

Si vero fuit celebratus nouus contractus locationis cum augmento pensionis, & nouis pactis; eo ipso obligati in prima locatione remanent liberati, idem *decis.578. num.1.*

Et si contrahatur emphyteusis, habet etiam locum ius congruum, ex Bulla Gregorij XIII. dictus Pen. *decisione 71. numero 5.*

Et in emphyteoticis tacitè inest prohibitio, vt non possint alienari, idem *decis.632. num.2. & 4.*

Claudicat semper fauore pupilli. Ludouis. *decis.574. num. 4.* & non potest pro parte acceptari, & pro parte secus, Idem *decis.467. num.5.* vbi Add. *num.16.*

Iuratus vero non comprehenditur à Statuto requirente certas solemnitates, *decis.391. num.4.*

Si contractus venditionis non habet precium certum, est nullus: & idem dices, si venditio est facta pro precio, pro quo res alias fuit vendita, si alias vendita non reperitur. Et idem etiam dices, si fuit vendita pro precio declarando, si non est nominata certa persona, quæ æstimaret. Surd. *dicta decisione 114. numero 6. 21. & 125.* et D. Inghiramius *loco citato*.

Vbi autem adest promissio de vendendo, & oblatio precij, dicitur perfectus. Surd. *decis.362. num.4.*

Et si quis petit declarari contractum nullum propter ætatem, debet probare ætatem. Surd. *decis. 104. num.22.*

Minor autem potest approbare, & ratificare contractum nullum à se factum, idem Surd. *decis.179. numero 18.*

Quando vero fuit factus à maiore cum minore, dictus maior debet agere contra minorem, vt deliberet, an velit stare contractui; an non, Idem Surd. *decisione 179. numero 19.*

Et si minor ratificat, contractus dicitur validus, vt nunc, non vt tunc. Surd. *decis.70. num.17*, quia ratificatio inualidi dicitur verus contractus, ibidem *numero 14*; sed ratificatio non potest fieri parte absente, idem *decisione 70. numero 12.*

In casu duorum contractuũ, si primus sit validus, & secũdus nullus: tunc statur primo, quia ab eo non censetur recessum. Surd. *decis. 51. numero 15.*

Si in nominato deficiat causa finalis, corruit contractus. Surd. *decis.220. numero 19*; & *decis.300. numero 2.* Idem eueniet ob inobseruantiam pactorum. Surd. *dicta decis.220. numero 18. & 20.*

Quan-

Quando autem contractus dicatur simulatus, dixit Surd. *decisione 34. per tot.*

Consilium verò Illustrissimi & Reuerendissimi D. mei Petri Francisci de Rubeis, quod tibi supra indicaui, est infrascriptum, videlicet.

Recanaten. Dotis.

REVER. Pater. Regula, quòd executiuè in vim obligationis Cameralis, vel instrumenti quarantigiati non possit procedi contra tertium possessorem, fallit principaliter, quando debitor res hypothecauit cum pacto de non alienando, & nihilominus postea illas in alium transtulit, inuito, vel inscio creditore: quia tunc super illis executionem facere potest etiam contra tertium possessorem, cum alienatio sit nulla secundum Bart. *in repetitione, l. creditores numero 25. vers. credo quod sic C de pignor.* quem ibi refert, & sequitur Salicet. *quæstione 6. sub numero 23.* monens, quòd tale pactum apponatur in instrumento, quia est rescissiuum ipso iure tituli, & contractus. Ideoque potest exerceri contra tertium possessorem. Suarez. *in l. post rem iudicatam, limitat. 1. numero 5. vers. limita nisi, ff. de re iudicat. fol. mihi 137.* Guttier. *in l. nemo potest numero 38. & 39. de legat. 1.* Couar. *lib. 3. var resol. cap. 7. numero 6. circa med vers. illud tamen erit.* Caldas *quæst forens seu recept sentent. lib. 2 quæstione 36. numero 23. col. penult. in principio vers. quod tamen limitandum est.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. par 4. §. 5. numero 15. in fine, vers. facto cessat, cum seqq.* Felician. *de censib. lib. 3. cap. 4. numero 6.* Ceuall. *commun. contra commun. quæstione 36. numer. 17. in fin. vers. quia talis executio, cum seq. & quæst 76. numero 28.* Quod intellige, vt infrà. Surd. *cons. 405. numero 8. in fin. vers & pro hac conclusione, cum seq. vol. 3.* Gratian. *discept. 150. num. 9. & 10.* Coler. *de process. execut. par. 2. cap. 3. num. 460. & 461.* Villalob. *commun. opin. littera A num 139.* & de communi testatur Franc. Turzanus *commun. opin. lib 14. verb. pactum de ingredien.*

Qui profectò est casus noster. Nam vltrà specialem hypothecam censuum emendorum à Morono cum pecunijs ei soluendis pro dote vxoris, à D. Marchione conuentum fuit etiam, ne possent de vno in alium transferri, nisi prius reassecurata tota dote: Vndè liquet, census, de quibus agitur, emptos cum pecunia dotali, non potuisse

potuisse à dicto Morono transferri in D. Angelam, non reassecurata prius dote prædicta in alijs bonis, iuxta tenorem dictæ conuentionis, & sic eorum cessionem vti nullam, ad text. *in l. si creditor, §. fin ff. de distract. pignor.* & notata per Bartol. & Imol. *in l. si ita quis §. ea lege, ff. de verb. oblig.* non impedire, quominus ius executiuum obligationis cameralis exerceri possit etiam contra tertium, ex prædictis.

Secundò fallit, quandò creditor ostendit res sui debitoris iniustè detineri à tertio, nec vllam apud eum extare veram possessionem in præiudicium ipsius creditoris. Caualer. *decis. 62. numero 6. vers. ex quibus, & n. 7.* Gratian. discep. 701. *numero 65.* vbi subdit, huiusmodi oppositionem non esse de iure tertij, sed de non iure volentis impedire executionem.

Quæ iniustitia satis aperte conuincitur in casu nostro ex cessione facta sorori in satisfactionem dotis iam solutæ, nam contra bonam fidem est, bis idem exigere *l. bona fides 57. ff. de regula iuris*. Vndè liquet, titulum, ex quo D. Angela prætendit quasi possessionem censuum, de quibus agitur, esse nullum, & à lege penitus reprobatum, & procedere dictum Bartoli *in præallegata l. creditores, numero 23. C. de pignorib.* & quod executio recta via fieri potest contra tertium possidentem ex titulo nullo, & reprobato à lege, cui Parlador. *dicto cap. finali part. 4. §. 5. numero 4.* dicit reliquos omnes assentiri; & rationem reddit Giurb. *decis. 22. sub numero 18.* quia titulus nullus habetur pro non titulo, & neminem priuat iure suo.

Tertiò fallit in tertio, qui possessionem adeptus fuit ex contractu simulato, secundum Bal. *in l. executorem, numero 27. vers. pone, quod executio, C. de execution. rei iudic.* Parlador. *dicto cap. final. parte 4. §. 1. numero 10.* & Giurb *dicta decis. 22. n. 8.*

Nam talis, meo iudicio, videtur cessio, cui nititur D. Angela, cum deficiat causa asserti crediti dotalis iam soluti, nec sit præsumenda donatio tantæ summæ, vel supponendus error in facto proprio.

Quare, &c.

P. Franciscus de Rubeis Aduocatus.

Con-

Consil'um vero D. Cosmi Inghirami egregij filij Illustrissimi D. Ioannis Romanę Vrbis Senatoris integerrimi.

Romana Aromatariæ.

REVER. Pater. Non tenetur inuitus principalis meus apothecam aduersario vendere, per tex. *in l. inuitum*, *& l. dudum C. de contrahen. empt. l. nec emere, C. de iure deliber.* Surd. *conf.* 20. *num* 20. *& decisione* 39 *numero* 9. Rota *in vna Romana iuris congrui* 30. *Martij* 1579. *coram Robusterio*.

Non obstat asserta promissio de vendendo; non solum quia promissio de vendendo non est venditio, cum valde differat à venditione, neque dicatur perfecta venditio, per tex. *in lege*, *bona fides*, vbi glos. *in verb. conductarum ff de eo, quod certo loco*. Gozad. *in l.* 2. *numero* 18. *in verbo, promissio, C. de pact. inter empt. & vendit.* Dec. *conf.* 185. *numero* 4. *lib.* 1. Cephal. *conf.* 66. *numero* 20. Burs. *conf.* 100. *numero* 1. Thes. *decisione* 733.

Sed etiam, quia neque remanet probata per aduersarium, cum testes per ipsum examinati sin nulliter examinati: ideoque nullam faciunt probationem. *cap.* 2. *verbo, nullius momenti* vbi Abb. *n.* 14. *de testibus*. Crescent. *decisione* 2. *numero* 4 *eodem tit.* Rota *in Hispalen. primitiarum* 13. *Maij* 1622. *coram R. P. D. Nauarro*.

Maximè, cum non fuerit iurata, non potest recipere vires à iuramento. Grat. *discep.* 553. *num.* ... *& discep.* 564. *num.* 32.

Sed dato etiam, quod promissio de vendendo obliget promittentem ad factum, vel ad interesse; adhuc tamen ista non potest dici perfecta venditio, cum deficiant duo eius requisita necessaria, scilicet pretium, & consensus, sine quibus est nulla. *l. prima ff. de contrah. empt. §. primo instit. eodem tit. l. ex consensu in fin. ff. de act. emp.* Afflict. *decisione* 180. *num.* 4. Rota *decis.* 57. *n.* 1. *parte* 4. *iun. recent.*

Precium deficit, cum non fuerit constitutum in certa quantitate, sed solum à Peritis arbitrandum: quod tamen debet esse certum, & liquidum.

Neque obstat, quod reddetur certum ex futuro euentu, scilicet ex electione Peritorum facienda.

Quia quamuis fuerit collata in arbitrium æstimatoris, adhuc venditio non valet, donec precium declaretur. *l. fin. C. de contrah. empt.*

empt. dicto §. *precium*, *Instit. de empt. & vend. l. si merces, ff. locati* Corn. *consil.* 110. *num.* 4. *vol.* 3. cum sit conditionalis. Buratt. *decisione* 70. *num.* 7.

Vnde cum vsque adeo non æstimauerint, est locus pœnitentiæ. Surd. *cons.* 38. *num.* 2.

Vlterius adest in meo principali defectus insanabilis consensus, cum minor absque solemnitatibus statutarijs non possit se obligare, per statutum Vrbis *in cap.* 151. Gratian. *discept.* 17. *numer.* 13. Rota *decis.* 81. *num.* 21 *par.* 6 *recent.*

Propterea sublata de medio tali promissione, erit facienda Augustino, non autem Angelo aduersario; quia Ioseph multum auget suam conditionem. Tum quia faciliorem sperat solutionem ab Augustino, qui iam scuta mille deposuit in sacro Monte Pietatis, per text. *in l. vbi autem*, §. *melior autem conditio*, *ff. de in diem adiect.* Angelus autem nondum adimplevit. Tum quia Augustinus soluet libere absque vinculo euictionis, vt per Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 28. *num.* 20. *in fin.* pecuniæ vero Angeli debent reinuestiri in bonis stabilibus cum expressa mentione, quod proueniant ex dote vxoris.

Tum quia maiores qualitates, & merita concurrunt in Augustino, quia ipse per octo annos inseruijt eius apothecæ, vnde tenetur Ioseph ob gratitudinem eum præferre. Gratian. *discept.* 358. *num.* 41. quia adhuc ipse in exercitio reperitur. Quia demum voluntas patris demandata filio fuit, vt apotheca venderetur Augustino, & ideo tanquam magis dilectus debet præferri. Grat. *cap.* 771. *numero* 23. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 6. *tit.* 11. *numer.* 13.

Quare &c.

Cosmus Inghiramius Aduocatus.

DE FORO CAPITOLINO.


E Foro Capitolino, & eius priuilegijs videbis Constit.71. Pauli V. *fol.196. bullar. nou. tom.3. super reformatione Tribunalium Vrbis*, superius tibi indicatam, in qua poteris te edocere, quando adest differentia cum alijs Tribunalibus. Priuilegia quoque Populo Romano concessa videbis apud Sixtum V. *Constit.23. fol.393. tom.2.* apud Iulium II. *Constit.29. fol.*388. *tom.*1. Leonem X. *Constit* 1. *fol.*394. *tom.*1. Innocentium IV. *Constit.2. fol.546. tom.2.* Pium IV. *Constit.*58. *fol.*61. *tom.*2. Pium V. *Constit.17. fol.148. tom.2.* dictum Pium IV. *Constit.34. fol.37. eod. tom.2. in bull. nou.*

In Foro quoque Capitolino tractantur iudicia cum distinctione superius data: nos autem non agemus de iudicio exequutiuo vigore obligationis cameralis, quoniam illud est commune omnibus Tribunalibus mundi, & eodem modo respondetur, quando adsunt pacta exequutiua, prout supra consideratum est.

Minus loquimur de alio exequutiuo, quando agitur vigore legati, vigore testamenti, codicilli, & cuiuscumque vltimæ voluntatis: nec minus de exequutione instrumentorum, & apocharum, prout, nec de exequutione instrumentorum dotalium: nec de iudicio, si fideiussor petat liberationem à fideiussione, vel pro indemnitate caueri: nec de causis mercedis, nec de suspicione fugæ, quia super his data est forma à Statuto Vrbis, vt de exequutione instrumentorum habes *cap.*82. *lib.*1. de exequutione apocarum, *cap.*83. de exequutione instrumentorum dotalium, *cap.*85. & de exequutione testamentorum, & quarumcumque vltimarum voluntatum, *cap.86. dicto lib* 1. & circa alia habes *cap.94. & cap.95. & cap.97. & 98.* & de omnibus habes Lucam Pætum *lib 3. ferè per totum*. Ideo quando eueniet tibi casus, seruabis dictam formam, & non errabis.

Aggrediemur igitur iudicium summarium, & deinde dabitur formula iudicij ordinarij: & quoniam nunc tempus aliud non permittit, videbis simpliciter formulas huiusmodi iudiciorum, ali-

qua

qua addemus postea alia vice, si Deus misericors vitam cum iudicio impartietur, & conseruabit: & pro nunc scies, quod de causis summarijs loquitur dictum Statutum *cap.*88. 89. 90. 91. 92. *&* 96. 114. *& alibi*, prout videbis ex te ipso apud dictum Lucam Paetum *lib.*4. *cap.*1. *&* 2. *& seq.*

Modus etiam, & forma citandi datur tibi in dicta Curia à dicto Luca Peto *sub tit. de nuncijs, & executoribus cap.*5. *& tit. de in Ius vocando cap.*8. *lib.*1. sub tit. *de causis ordinarijs cap.*2. *num.*4. & de admissione articulorum, & testium examine *cap.*5. *numer.*4. & de remissorijs pro testibus examinandis *cap.*6 *num.*7. & de dilat. *num.*1. tit. de reprobat. test. *num.*1. tit. de sentent. probat. *num.*1. 8. *&* 14. *lib.*2. tit. de generali forma procedendi in summarijs, *cap.*2. *num.*1. 2. 4. 10. 11. *&* 12. & tit. si fideiussor se eximi, *cap.*4. *num.*1. *lib.*4. tit. de reiect. appellation. *cap.*7. *num* 2. tit. de suspic. Capit. 1. *num.*3. *&* 4. *lib.*5. tit. de causis nullitatum *cap.*1. *num.*10. *lib.*6. tit. de execution. rei iudic. *cap.*1. *num.*4. *&* 16. *lib.*8. apud quem locis citatis poteris edoceri.

Formula procedendi in Summario Iudicio adipiscendæ.

FORMVLA PRIMA.

HOc Iudicium in Curia Capitolina incipit per viam libelli, prout per viam monitorij incipit coram A.C. & per viam commissionis coram Iudice Commissario; vt puta coram Prelato Romanæ Curiæ, vel coram aliquo ex DD. Auditoribus Sac. Rotæ, & ista productio non solet fieri in brolliardo, vt consueuerunt alia Tribunalia, sed in calce citationis ad dicendum contra libellum, & illius productio registratur in manuali actorum, vbi citationes etiam registrantur. Tu autem antequam aliud agas citabis partem, prout infra.

Secundo Collaterali.

Citetur D.N. ex aduerso principalis ad videndum fieri productionem, seù repetitionem libelli, seù summariæ petitionis, dicen-

dum contra, admitti, & respondendum illi iuxta formam statutorum ad p. d. Instante D. N. principali &c.

Executa supradicta citatione vel personaliter, vel saltem domi in manibus domesticorum, iuxta formam consuetam per mandatarium dictæ Curiæ, illam reproduces penes substitutum causæ, & ille notabit productionem, & extendet decretum, vt infra.

Relatione facta comparuit idem citra &c. & facto produxit libellum, siue summariam petitionem, prout in folio; quod facto dedit tenoris &c. petens &c. vt supra omni &c. Et Dominus dictum libellum, seu summariam petitionem admisit, si & in quantum iuxta formam statutorum, vt supra, omni &c.

Libellus autem talis erit.

Coram vobis Admodum Illustri & Admodum Excellenti D. Secundo Collaterali sedent.

Comparuit coram Vobis Procurator, & eo nomine D. N. hæredis fideicommissarij q. A. & alias omni, &c. contra, & aduersus D. P. detentorem, & occupatorem infrascriptorum bonorum, omnesque alios pro eo in iudicio legitime comparentes, dicens, & narrans non in modum solemnis libelli, nisi si, & quatenus, &c. sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis, quod alias de anno, &c. seu, &c. dictus q. A. suum condidit testamentum, in quo instituto sibi vniuersali hærede q. C. Parre ipsius N. substituit vulgariter, & per fideicommissum filios legitimos & naturales ipsius C. & alias prout latius in testamento dicta die, & anno in actis rogato, ad quod, &c. & quod tempore sui obitus dictus testator in eius hæreditate reliquit inter alia bona, infrascripta bona videlicet. (Hic describuntur bona, ad quæ petitur immissio, cum suis demonstrationibus generalibus, & duabus saltem specialibus, & particularibus) prout suis loco, & tempore, quatenus opus sit, demonstrabitur, & verificabitur. Et quod mortuo dicto testatore dictus q. C. obtinuit immissionem in veram, actualem, & corporalem possessionem dd. bonorum in hæreditate dicti D. fideicommittentis relictorum, & quod dictus q. C. contraxit matrimonium cum D. L. cum qua iuxta sacros ritus S. matris Ecclesiæ, & formam sacri Concilij Tridentini matrimonium consummauit, & quod ex dicto matrimonio in figura dictæ S. Matris Ecclesiæ natus est ipse D. N. vocatus ad supradictum fideicommissum, & quod vltimo loco dictus C. hæredes ibidem grauatus mortuus est, & eius corpus traditum fuit Ecclesiasticæ sepulturæ, relicto dicto D. N. filio legi-

legitimo, & naturali; ad cuius fauorem fuit purificatum fideicommissum supradictum: & cum dicta bona per dictum D. A. in eius hereditate sub dicto fideicommisso relicta detineantur, & occupentur à dicto D. P. aduersario, prædictus D.N. instat per D. V. ex remedio l. fin. C. de edict. Diui Adriani toll. seu altero quouis remedio possessorio eidem magis proficuo, vtili, & competenti decerni, & declarari ipsum D.N esse immittendum in veram realem actualem, & corporalem possessionem dictorum bonorum dicto fideicommisso subiectorum in processu causæ, & causarum huiusmodi liquidan. & verifican. & mandatum de immittendo in dictam possessionem in forma concedi, decerni, & relaxari. Et hæc omnia Procurator prædictus dicit tam narratiuè, quam dispositiuè, fierique petit tam coniunctim, quam diuisim, & in solidum, non solum premisso, sed & omni alio meliori modo, petens, &c. deducens, &c. implorans, &c. non se astringens, &c. saluo iure, &c. omni, &c.

Secuta productione huiusmodi libelli, & illius admissione, citatur pars, prout infra.

Citetur D. N. ex aduerso principalis, & C. eius Procurator ad viden. deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit, concluden. concludique viden. & audiendam sententiam diffinitiuam ad primam diem. Instante D. A principali siuè, &c. Lucas de Michelangelis Not.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt, & instetit, vt supra. Et

Dominus pronunciauit, & sententiauit, prout in cedula, quam facto mihi dedit tenoris, &c. omni, &c. præsentibus C. & D. testibus, &c.

Tenorem sententiæ tibi non trado, quia illum habes supra, & pro tui instructione adibis Lucam Pætum *cap.15. de sententia lib.2.* & plura, quæ tibi sunt necessaria, videbis etiam infrà, quando agam de Iudicio ordinario circa finem.

Aduertere etiam debes, quod post admissionem libelli sunt faciendæ probationes, quę quando fiant, habebis etiam infra quando tractabo de Iudicio ordinario, quia certum est, quòd sententiam sine probationibus non obtinebis.

Declara, quod potest etiam sine probationibus, in casu quo velit litem dirimere cum iuramento, vt dicit Pæt. *cap. 2. generalis forma producendi in summarijs n.7. dicto lib.4.*

In hoc iudicio non dantur dilationes, prout in ordinarijs, quia

Sta-

Statutum Vrbis illas non requirit, & contentatur supracitato processu, vt videre poteris apud Pat. *cap. primo, & secundo de caus. summar. lib. 4.*

Scias etiam, quod aliquando in summarijs non est necesse sententia, si credis Petro *citato cap. 2. n. 10.*

An autem in possessorijs possint deduci concernentia petitorium videbis apud eundem Pat. *cap. 3. de caus. possess. n. 2. lib. 4.*

Appellatio vero in huiusmodi regulariter denegatur, vt refert Pat. *loco citato num. 5.* Limitatur vero in multis, vt retuli in mea praxi, quando superius de illis egi.

Formula procedendi in Iudicio Retinendæ, & super iactationibus.

FORMVLA SECVNDA.

IN hoc Iudicio quoque, modo, quo supra citatur *ad dicendum contra libellum*: & executa citatione, illaque reproducta, & facta libelli modo, vt supra productione, obtentaque illius admissione, libellus ponitur in solita filla, & est infrascripti, vel similis tenoris, videlicet.

Coram vobis, &c. comparet Procurator, & eo nomine D. N. contra, & aduersus D. N. omnesque alios pro eo in iudicio legitimè comparentes, &c. narrans, & exponens, non in modum solemnis libelli, nisi si, & quatenus, &c. & non alias, &c. de quo, &c. sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis, quod licèt ipse N. à multo tempore citra reperiatur in pacifica, & quieta possessione infrascriptorum bonorum (hic designentur bona, vt supra dictum est in alio libello) et super eis nec eorum parte non debuerit, nec debeat ab aliquo super illis vexari, perturbari, aut inquietari: nihilominus quia dictus D. A. sese iactat, & vociferat super dictis bonis velle eumdem D. N. molestare, perturbare, et inquietare, et dicto suo principali valdè interest à dictis iactationibus, vexationibus, et molestationibus se se via iuris quantocitius eximere, et liberare, et in possessione dictorum omnium, et singulorum bonorum manutenери; Ideò Procurator prædictus nomine, quo supra petit, et instat per Vos D. Iudicem, et officium

vestrum,

Vestrum, quod quatenus opus sit, humiliter implorat, vestrumq; decretum pronunciari, decerni, et declarari, prædicta omnia vera fuisse, et esse, dictumque suum principalem manutenendum fore & esse in dicta pacifica, et quieta possessione dictorum bonorum per ipsum, vt supra ante dictas iactationes pacificè possessorum, et in qua existit, ac mandatum de manutenendo desuper necessarium & opportunum decernendum, et relaxandum fore et esse declarare, ac decernere, et relaxare iuxta formam iuris, et Statutorum Vrbis: et pro præmissis, et contentis in eo, mandatum quodcumque desuper necessarium, et opportunum concedere, dictoque suo principali ius, et iustitiam fauorabiliter ministrare non solum prædicto, sed et omni meliori modo, etc. deducens omne ius, omneq; remedium, etc. ac officio Dominationis Vestræ quatenus expediat desuper humiliter implorato, prędicta omnia, et singula Procurator prædictus dicit, et fieri petit tam coniunctim, quàm diuisim singula singulis congrue referendo, ac tam narratiuè, quam dispositiuè, et alias omni meliori modo; non se astringens, etc. saluo, etc. protestans, etc. non solum, etc. sed omni, etc.

De isto Iudicio tractat Lucas Pætus *cap. 5. & plures contendunt lib. 4.*

Processus autem necessarius tibi fuit traditus supra, cùm non exigat aliam citationem, quam, *ad videndum productionem libelli*, et citationes necessarias pro faciendis probationibus tibi tradendis in Iudicio ordinario, et citationem ad sententiam, quas non replico, ne tibi molestus esse velim.

In hoc iudicio Iudex quandoque auocat ad se possessionem, et præfigit partibus quinque dies vtiles: et qui succumbit, debet cauere de non turbando, vt monet Lucas Pæt. *dicto cap. 5. nu. 1. 2. & 3.*

Scias etiam, quod in isto interdicto non datur reprobatio testiũ, prout datur in ordinario iudicio. Causam autem quare, ponit idem Pæt. *loco citato n. 5.*

Qui etiam *numero 60.* non improbat probationes concernentes petitorium; quinimò illas vtiles esse dicit: ideò illum videbis, à quo poteris edoceri.

De Iudicio Reintegrandæ.

FORMVLA TERTIA.

Libellus, quo vtuntur in hoc iudicio, est huiusmodi.

Coram vobis, etc. Procurator, et eo nomine D. A. contra, et aduersus D. B. omnesque alios pro eo in Iudicio legitimè comparentes, non in modum solemnis libelli, sed qualis qualis petitionis, et simplicis facti narrationis, dicens, et exponens, quod dictus suus principalis aliquibus iam elapsis annis tenuit, et pacificè possedit infrascripta bona, videlicet (hic registrentur, bona, ad quæ vis reintegrari) et illis de facto fuit priuatus, et spoliatus à dicto B. à quo etiam hodie detinentur, et indebitè occupantur. Et quia dicto suo principali valdè interest ad propriorum bonorum reintegrationem deuenire, propterà instat per Dominationem Vestram in iudicio reintegrationis, seù alterius cuiusuis generis eidem magis proficuo, et competenti decerni, et declarari, ipsum esse reintegrandum ad veram, realem, et actualem possessionem dictorum bonorum in processu causę, et causarum huiusmodi liquidan. et verifican. et mandatum de reintegrando in possessionem in forma, etc. concedi, et decerni, ac relaxari. Et hęc omnia procurator pręd. dictus dicit tàm narratiuè, quam dispositiuè, sicque petit, et instat tam coniunctim, quam diuisim, non solum isto, sed et omni alio meliori modo, petens, etc. deducens, etc. implorans etc. non se astringens, etc. saluo, etc. omni, etc.

In hoc iudicio vlterius non me extendo, quia etiam hoc contentatur summario processu citationis ad viderdum fieri productionem libelli, & aliarum, quibus contentatur processus Retinendę.

De Iudicio Saluiani.

FORMVLA QVARTA.

Hoc Iudicium quando competat, fusè declaratum est supra, & quia in hoc foro vtuntur etiam libello, illum habes infrà.

Coram vobis &c. Comparet Procurator, & eo nomine D. Ludo-uici

uici Mascionl contra & aduersus Titium Brusciottum, omnesque que alios &c. pro eo in iudicio præsentis causæ legitimè comparentes, narrans, & exponens non in modum solemnis libelli, n si si, & quatenus &c. & non alias etc. sed qualis qualis petitionis, ac simplicis facti narrationis, qualiter aliàs q. Theophrastus Bonfantes super quadam eius Vinea posita &c imposuit annuum, & perpetuum Censum scutorum triginta, illumque sic impositum vendidit dicto D. Ludouico pro pretio scutorum 400. cui instrumento accessit, fideiussit, & se principaliter, & insolidum obligauit D. Sebastianus de Siluestris in forma iuris valida, & in Vrbe consueta, ac bona tàm præsentia, quam futura in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, & cum iuramento, ac hypotheca non solum dictæ vineæ censuatæ, sed etiam omnium, & singulorum aliorum suorum bonorum, iurium, & actionum, & aliàs, prout ex publico instrumento in actis Notarij causæ rogato sub die 6. Ianuarij 1640. seù &c. ad quod &c. Itemque aliter dictus D. Sebastianus tempore dictæ Census impositionis, seù postea, tenebat, & possidebat, ac tenuit, & possedit inter cætera vnam Domum cum Viridario positam Romæ &c. in Regione &c. iuxta &c. saluis alijs &c. quam postea vendidit D. Clitio aduersario, qui illam hodie detinet, & occupat, & aliàs prout ex alio instrumento in actis eiusdem Notarijs rogato die &c. seù &c. quod etc. Cum autem dictus D. Ludouicus sit Creditor dicti D. Sebastiani ex causa fructuum dicti Census in scutis centum decursis, et non solutis, habeatque hypothecam super dicta Domo cum Viridario, vt supra positam, et confirmatam per dictum Titium possessam de præsenti, Procurator prædictus petit, et propterea instat dictum suum principalem immitti in veram, realem, et actualem possessionem dictæ Domus, et Viridarij cum suis membris, et pertinentijs per eum retinen. in vim vtilis Siluiani interdicti, donec, et quousque ex pensionibus illius de fructibus dicti annui Census decursis, et non solutis, vt supra sibi debitis, ac in posterum suis loco, et tempore decurrendis durante dicto Censu, necnon de damnis, expensis, et interesse tam passis, et factis, quàm patien. et facien. respectiuè dicto suo principali plenarie, et integraliter satisfiat, et quodcumque mandatum de immittendo et aliud necessarium, et opportunum ad fauorem dicti sui principalis decerni, et relaxari, petens sibi et dicto suo principali super præmissis ius, et iustitiam summariè ministrari, et aliàs, vt in possessorijs iuxta formam Statutorum Vrbis, et in eorum defectum dispositionis Iuris communis, non so-

Ee lum

lum etc. sed etiam omni etc. deducens etc. omne ius etc. omneque remedium etc. non se astringens etc. saluo etc. omni etc.

Citationes, et decreta huius Iudicij, et alia pro validitate processus non tibi refero, quia etiam in hoc fiunt eędem citationes, quæ fiunt in alijs summariis.

Nec refero alia pro iustitia necessaria, quia cum procedatur de iure etiam forus Capitolinus contentatur extremis necessariis in aliis foris, vt puta credito cum hypotheca, possessione debitoris de tempore, vel post obligationem, et possessione rei conuenti tempore litis. Quæ extrema quomodo sint probanda habes supra, quando de hoc iudicio egimus: ideò ibidem poteris videre quæ volueris.

De Iudicio ordinario.

FORMVLA QVINTA.

QVia etiam in hoc iudicio vtuntur libello, libellus talis erit. Coram vobis Illustrissimo et Reuerendissimo Domino D. Fachenitto Iudice in locum D. Secundi Collateralis inter infrascriptas partes deputato per Illustrissimũ D. Senatorem Vrbis comparet Procurator, et eo nomine Illustrissimi D. Crescentii de Crescentiis principalis contra, et aduersus Illustrissimum D. Marcum Antonium Toscanellam, omnemque aliam personam pro eorum iudicio præsentis causę legitime comparen. dicens, et exponens non in modum solemnis libelli, nisi si, et quatenus opus sit, sed qualis qualis petitionis, et simplicis facti narrationis, quod prædictus D. Crescentius principalis suus de anno 1629. mense Februarij, seù etc. duxit in vxorem Illustrissimam D. Constantiam Toscanellam vnicam filiam legitimam, et naturalem dicti D. Marci Antonij, cum qua matrimonium iuxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesię contraxit, et consummauit, cui D. Crescentio dictus D. Marcus Antonius pro dote, et dotis nomine d. D. Constantię eius filię se daturum promisit scuta triginta quinque millia monetę, videlicet scuta quatuor mille in numerata pecunia, et in contanti, statim sequuto matrimonio prędicto; residuum verò vsque ad summam prędictam scutorum 35. mil. eidem D. Crescentio assignare, et consignare promisit in tot bonis stabilibus, similiter secuto dicto matri-

matrimonio iuxta ęstimationem per duos Peritos communi consensu eligen. faciendam, et in casum discordię per tertium Peritum, quę essent fundus dotalis eiusdem D Constantię: Quę quidem bona stabilia dictus D. Marcus Antonius secuto matrimonio prędicto (etiam pluries requisitus, et amicabiliter interpellatus) tradere, consignare, et assignare eidem D. Crescentio cessauit, et recusauit in graue damnum, et pręiudicium dicti D. Crescentij, qui onera matrimonij semper sustinuit, et sustinet adhuc, et quam plurima damna, et interesse ob retardatam assignationem, et consignationem dd. bonorum pro residuo dotis prędictę per ipsum vt supra promissę passus est, et patitur. Quare procurator prędictus quo supra nomine, per Vos Illustrissimum, et Reuerendissimum D. Iudicem, vestraq; diffinitiua sententia, quatenus opus opus sit, pronunciari, decerni, declarari, et sententiari petit prędicta omnia; et singula fuisse, et esse vera, pręfatumque D. Marcum Antonium aduersarium condemnandum fore, et esse, et condemnari ad tradendum, consignandum, et assignandum dicto D. Crescentio principali suo prędicta bona stabilia, vt supra modo pręmisso, pro residuo dotis d D. Constantię promissę vna cum fructibus decursis, & non solutis à die celebrati matrimonij, et in futurum decurren. vsque ad integram dictę dotis assignationem, consignationem, et traditionem, ac alijs damnis, expensis, et interesse passis, factis, incursis patien. facien. et incurren. condemnatumque omnibus iuris, et facti remedijs necessariis, et opportunis ad prędicta cogi, et compelli, dict. q. D. Crescentio principali suo de, in, et super pręmissis omnibus, et singulis ius, et iustitiam ministrari, non solum prędicto, sed et omni alio meliori modo Deducens omne ius, omnemque actionem, et remedium sibi quomodolibet competen. ac officium D. V. Illustrissimæ, quatenus expediat, et opus sit, de, et super pręmissis etiam implorat. Quę omnia, et singula supradicta Procurator prędictus quo supra nomine dicit, et fieri petit, et instat tàm coniunctim, quàm diuisim, ac tam narratiuè, quàm dispositiuè, et aliàs omni meliori modo: non se tamen astringens etc. saluo iure etc. protestans etc. non solum prędicto etc. sed et omni etc.

Si verò vis aliam formulàm, vide Lucàm Pętum *cap. 2. de causis ordinarÿs num. 2. lib. 2.*

Iudicium hoc instruitur, quando agitur de causis non priuilegiatis

giatis, in quibus agatur de summa; vel re excedente valorem vigintiquinque ducatorum auri.

Lucas Petus *loco citato num.3.* dicit, quod in hoc Iudicio non erit nisi vtile, reum ante omnia amicabiliter interpellare, et *sub num.4.* dat formam sequentis citationis, monendo nos, quod non solum potest citari principalis, sed etiam procurator; si de eius mandato procure constat.

Citetur N. ex aduerso principalis ad videndum fieri productionem, seu repetitionem libelli, seu petitionis, videndum illam admitti, & respondendum illi ad primam diem. Instante D. A. principali, sive &c.

Ista citatio per mandatarium executa saltem in manibus domesticorum, reproducitur, et consignatur Notario vna cum sua petitione, seu libello, et ille in forma solita notat productionem illius in calce citationis, et extendit, iudice sic mandante, decretum, vt puta.

Relatione facta, comparuit idem citra &c. & facto produxit libellum, prout in folio tenoris &c. petens vt supra omni &c. Ex tunc D. dictum libellum admisit si, & in quantum iuxta formam Statutorum Vrbis, omni &c.

Reus verò si comparere non dedignatur, solet vti protestatione generalia contra, et petere copiam petitionis, quam habebit infrà tres dies ad summum, soluta competenti mercede.

Et si volet opponere aliquas exceptiones, non denegabitur: quę exceptiones, et earum vis enarrantur à dicto Luca Pæto *de caus. ordin. num.7. 8. & 9. et seqq.* et diligens actoris procurator curare debet, vt illarum cognitio referatur ad merita causæ: et nihilominus, vt aduertit, Lucas Pæt. *eod. cap.* debet amare conscientiam suam, et cauere, ne clientem implicet inter inutiles disputiones exceptionum. Quomodo autem sit procedendum in causa suspicionis iudicis, habes apud eumdem *loco citato num.19.*

Et, si actor post litis contestationem aliquid vellet addere libello, prohibetur, nisi reficiat expensas, et illis refectis debet Iudicium à capite reintegrare.

Postmodum citatur reus, vel procurator sequenti modo.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad contestandum contestarique videndum litem, iurandum, iurarique videndum de calumnia, alias videre pronunciari litem haberi pro contestata, & iuramentum calumniæ pro præstito iuxtà formam statutorum, ad primam diem. Instante D. &c.

Hæc citatio pariter exequitur, vt supra, & reproducitur, & Notarius

tarius iuxta stilum extender decretum, vt infra:

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & medio iuramento tactis, &c. affirmatiue contestatus fuit litem, & iurauit de calumnia iuxtà formam statutorum Vrbis, & noua reformationis, monitus, & petens vt supra, &c.

Dominus pronunciauit, litem haberi pro contestata, et iuramentum calumnia pro præstito, nisi per totam, etc. omni etc.

Si reus non comparet, in eius odium, vt supra, habetur pro contestata, vt dicit dictus Lucas Pæt. *tit. de lit. contest. numero* 2. ad tollen. disputationes. Si verò reus comparet, et vult contestari litem negatiuè, non est illi deneganda audientia; si verò fatetur intentionem actoris, tunc præfigitur illi terminus decem dierum, vt annuit Lucas Pætus *dicto tit. de lit. contest. n.* 3.

Superius fit mentio de iuramento calumnię: ideò scias, quod illud debet pręstari, vel à principali, vel à Procuratore, si principalis abest vltra viginti milliaria. Quando autem sit pręstandum, dicit idem Lucas Pæt. *eodem tit. n.* 4.5.6. *&* 7. *& seqq.*

Actor in faciendo suas probationes potest vti pluribus modis, vel per instrumenra, vel per testes, vt se eximat ab onere probandi per positiones dandas aduersario. Si per instrumenta: fit citatio.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad videndum fieri productionem, seu repetitionem nonnullorum iurium, & actorum, dicendum contra, videndum illa admitti, iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, & mandari restitui dimissa copia collationata, ad p. d. Instante, &c.

Ista citatio postquam fuit legitimè executa, reproducitur in actis: & Notarius causæ notat in illius calce repetitionem, seù productionem iurium, quę repetuntur, seù producuntur, & volens fit extensio admissionis illorum in forma.

Tu verò, vt cautius agas, tam circa recognitionem, quam circa productionem in parte, & partibus, instituas te penes dictum Lucam Pæt. *tit. de iur. production. cap.* 8. *num.* 1.2.3.4.5. *& seqq.* apud quem etiam videbis, quando sit danda copia cum termino ad opponendum, & quid operetur oppositio Generalia contra, & an exceptionum disputatio remittenda sit ad merita causę, & quantum cautè debent procedere Procuratores in producendo, & quãdo sit facienda recognitio; & quomodo sit facienda ad effectum habendi instrumenta rogata extra Vrbem, & quando sit vtendum compulsoria.

Quando autem est necessaria compulsoria, poteris formare citationem

tionem iuxtà formam superius traditam à D. Gratioso Vberto *de citationibus probatorijs formul.* 11. *&* 12. *ad videndum decerni litteras compulsoriales generales*, si indiges generalibus: & *ad viden. decerni litteras compulsoriales speciales*, si indiges specialibus. Potes etiã hanc citationis formulam habere ab ipso Luca Pæto *d. tit. de Iur. production. cap.* 8. *num.* 23. *lib.* 2.

Si verò vult vti probationibus per testes: aut illi sunt in curia, aut extra curiam. Si sunt in curia, fit infrascripta citatio.

Citetur N. ex aduerso principalis, siuè Procurator, &c. ad viden. fieri productionem, siuè repetitionem articulorum, dicendum contra, videndum illos ad probandum admitti, & super illis, & tota causa iurare, & examinari testes, ipsorumque iuramentorum receptionem, & examen committi Notario causæ, & postquam commissum fuerit videndum dictos testes in eorum, vel Notarij domibus, aut vbi reperti fuerint, iurare, & examinari: dandum interrogatoria, & conducend. interpretem, quatenus, &c. alias videndum examinari fine, ad primam diem. Instante N. principali, siuè, &c.

Sub ista citatione, vt supra executa, & reproducta, fit productio articulorum, seu repetitio illorum, si alias fuerunt producti, & Notarius notat sub productione.

Relatione facta comparuit idem citra, etc. & medio iuramento talis, &c. repetijt articulos in actis alias datos, seu facto produxit articulos tenoris, &c. petens, vt supra, & per D. obtinuit, nisi ad p. d. cum intimatione omni, &c.

Et postea intimatio sub infrascripto tenore.

Intimetur D. N. ex aduerso principali, qualiter Dominus mandauit examinari testes, illorumq; examen, & iuramentorum receptionem Notario causæ in forma commisit, & alias, prout in actis. Instante, etc.

Testes inducuntur nominatim, vel in calce articulorum vel subtus citationem, illorum verò iuramenta in tali foro præsumuntur recepta tali tempore, vt vult Lucas Pæt. *de admission. articulorum cap.* 5. *num.* 5. Debent tamen iurare actualiter in actu examinis.

Si articuli sunt impertinentes, an disputatio sit remittenda ad merita causæ, sed quod sit periculosum idem Lucas Pæt. *loco citat. numero 6. in fine.*

Monet etiam Lucas Pæt. *loco citato num.* 8. quod est cauendum in nominatione testium: quia si forte essent contrarij opinioni articulorum, non possent non examinari, etiamsi, respectu rei essent inhabiles; & ideò, vtere ista sagaci monitione.

Respe-

Respectu rei potest dari oppositio iuramenti calumnię, & possunt opponi multa alia ante examen iuxta solitum Procuratorum; sed exceptiones contra testes reseruantur ad merita causæ, vt dicit idẽ Pęt. *ibid. n.* 9. 10. *&* 11.

Copia articulorum debet dari petenti: sed si elapso temino non fuerit petita, fit examen iuxtà decretum Iudicis. Si verò fuit petita, & reus non comparet ad illam recipiendam, multi citant *ad reluendum copiam articulorum*: & posteà si reus adhuc est contumax prosequitur examen: si verò illam accipit in tempore debet formare interrogatoria, quæ, vt aduertit Lucas Pæt. *ibidem num.* 12. & multis vicibus mihi testati sunt bonæ memoriæ Illustrissimus & Reuerendissimus D. Philippus Pirouanus olim Dominus meus carissimus, & Perillustris, & Admodum Excellens D. meus Ioannes Dominicus Perusia Primarius aduocatus Romanę Curię, quem mihi Deus Optimus Maximus conseruet longissimo tempore, propter morum honestatem, & doctrinæ conspicuitatem, prudentięque singularitatem, quibus à multo tempore mihi fauere dignatus est, & ita pluries expertus sum sępè damnificant reum, quia plurima propter interrogatoria testes deponunt contra ipsum, quæ non deposuissent cum solis articulis. Ideò caueant Procuratores in illorum formatione, ne volentes pulcra eorum ingenia exercere cum tali exercitio Clientibus præiudicent in expensis propter ampliationem copiarum, & in ipsa lite procurando depositionem præiudicialem, quæ sine interrogatorijs non oriretur.

Quando superuenit suspicio Notarij datur adiunctus, & quomodo procedat tibi indicabit Lucas Pæt. *loco citat. n.* 17.

In reliquis tibi necessarijs ex causa talis examinis; præsto tibi erit idem Pæt. *dicto cap.* 5. *lib.* 2. ad quem te remitto.

Vnum est singulariter aduertendum, quod post examen & dicta ipsorum testium debent publicari, & publicatio non fit sine citatione. Ideò pars aduersa citabitur vt infrà.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad videndum publicari dicta testium ex parte instantis examinatorum ad p. d. Instante D. A. principali siue, &c.

Fit postea decretum.

Relatione, facta comparuit idem citra, &c. et petijt, vt supra, & Dominus dicta prædictorum testium publicauit, et illorum copiam decreuit in forma, omni, etc.

Si vero testes sunt extra Vrbem, aduerte quod si sunt intra Districtum, nisi sint valetudinarij, mulieres, & aliàs legitimè impediti,

pediti, debent conduci ad Vrbem: si verò sunt tales, vel exâmen est de necessitate in partibus facien. expeditur remissio, siue remissoria, siue litteræ missiuę loco remissorialium, de quibus loquitur dictus Pet. *dicto cap. 5. n. 11. et seqq. et cap. 6. dicto lib. 2.* vbi vides bis modum, & formam, & quę sunt necessaria ad obtinendas dictas litteras; pro quibus Lucas Pæt. apponit huiusmodi citationem.

Citetur D N. ex adu. princ. ad viden. decerni litteras remissionis pro examinandis testibus in actis nominatis super articulis exhibitis, et tota causa, concordan. de Iudice, portitore, loco, et loco loci; nec non constituen. vel substituen. Procuratorem reperibilem, et acceptantem, qui in loco remissionis citari possit, alias viden. per Dominum Iudicem locum et portitorem eligi ex officio, et processum decerni per affixionem ad valuas Ecclesiæ maioris loci deputand. seu concordand. nec non dandum interrogatoria per totam primam, et sequentem diem, et conducen. interpretem, quatenus, etc. alias videndum mandari examinari sine, ad primam diem Instante A principali siue, etc.

Vigore istius citationis, vt supra executæ, & in actis reproductæ obtinetur decretum in forma, & in illius executionem obtinentur dictæ litterę, quæ quomodo exequantur, docet Pęt. *dicto cap. 6. lib. 2* ideò ad ipsum te remitto.

Quot testes in hoc iudicio, prout in alio quoque exigantur, licet adsit regula, In ore duorum, vel trium &c. nihilominus super his datur norma ab ipso Pęt. *dicto cap. 6. lib. 2.*

Antequam ad vlteriora procedamus, est aduertendum etiam, quod quando petitur contestatio litis, si reus petit votum assettamenti, illud non denegatur; & tunc fit infrascriptum decretum. *Dominus mandauit informari assettamentum, omni, etc.*

Deinde citatur pars ad informandum Dominos de assettamento sub infrascripta forma.

Intimetur D. N. ex aduerso principali, qualiter Dominus mandauit informari assettamentum, et Dominus causam proponet in primo proximo. Ideo citetur idem ad illud informandum, quatenus, etc. alias, etc. Instante D. A. principali siue, etc.

Informatur successiue assettamentum, & obtento voto fit sequens citatio.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad videndum aperiri votum DD. de assettamento, et iuxta illius formam pronunciari, et contestari, contestarique videndum litem, iurandum, iurarique videndum de calumnia, alias viden. litem haberi pro contestata, et iuramentum calumniæ

calumnia pro præstito ad primam diem. Instante A. principali, siue, &c

Fit huiusmodi decretum.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & medio iuramento tactis, &c. affirmatiuè contestatus fuit litem, & monitus, &c. etiam medio iuramento tactis, iurauit de calumnia iuxtà formam Statutorum Vrbis, &c. & noua reformationis, omni, &c. Et

Dominus aperiendo votum DD. de affettamento, iuxta illius formam pronunciauit, litem haberi pro contestata, & iuramentum calumnia pro præstito, omni, &c.

De Affettamento quando fiat, & quomodo reguletur, & quando votum sit dandum, & alia de materia egregie narrantur à Pet. *cap. 13. de affettamento, illiusque voto, dicto lib. 2.* & ideò ibi materiam, quam peroptas, videre poteris.

Quando verò proceditur per viam positionum, fit cittatio, vt infrà.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad videndum fieri productionem, seu repetitionem articulorum, dicendum contra, admitti, & monitorium de respondendo in forma decerni, & concedi ad primam diem. Instante D. A. principali, siuè, &c.

Lucas de Michelangelis Notarius.

Fit decretum post executam citationem.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & medio iuramento tactis, facto dedit petitiones clausas & sigillatas tenoris, &c. & petijt, vt supra, & obtinuit admitti si, & in quantum, et monitorium de respondendo in forma concedi, omni, etc.

Succesiuè fit monitorium de respondendo, cuius formulam non tibi trado, quia nihil vltrà continet, quam quod reus sub pœna confessatorum debeat infrà triduum respondisse dictis positionibus per verbum credit, vel non credit: illam si desideras, habebis à Notarijs, qui quotidie talia monitoria sunt soliti expedire.

Executo isto monitorio, illoque in actis reproducto, fit infrascripta citatio.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad respondendum positionibus, seu articulis in actis datis, medio iuramento per verbum credit, vel non credit, singulariter singulis, iuxta formam Statutorum Vrbis, aliàs videndum illos prounnciari haberi pro confessatis, & ipsum aduersarium pro confesso, & conuicto iuxta formam dictorum Statutorum, ad primam diem. Instante D. A. principali siue, &c. Lucas de Michelangelis Notarius.

Fit decretum huic citationi, vt infra.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt vt supra, & obtinuit, nisi ad primam diem, cum intimatione, omni, &c.

Intimatio vero erit huiusmodi.

Intimetur D. N ex aduerso principali, qualiter D. pronunciauit, articulos haberi pro confessatis, & aduersarium pro confesso, et conuicto, iuxta formam Statutorum, et alias, prout in actis. Instante &c.

Si verò aduersarius volet respondere, responsio debet esse coram Domino.

Etiam in termino huius citationis, si petitur, datur votum de assettamento, & regulatur vt supra.

Deinde expeditus actor de supradictis citabit reum, vt infra.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad videndum sibi præfigi primam dilationem Statutariam iuxta formam Statutorum Vrbis, ad primum diem. Instante D. A. etc. Lucas de Michelangelis Notarius.

Fit decretum vt infra.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt vt supra, & Dominus primam dilationem Statutariam quinque dierum vtilium præfixit, omni, &c.

Non inutile erit hoc decretum parti intimare, & intimationem reproducere, quæ erit, vt infra.

Intimetur D. N. ex aduerso principali, qualiter Dominus præfixit primam dilationem, & alias prout in actis. Instante D. A. principali siue, &c Lucas Michelangelus Notarius.

Transactis quinque diebus vtilibus, fit alia citatio.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad videndum sibi præfigi secundam dilationem Statutariam iuxta formam Statutorum Vrbis, ad primam diem. Instante D. A principali, siue, &c. Lucas de Michelangelis Notarius.

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt vt supra, & Dominus secundam dilationem Statutariam quatuor dierum vtilium præfixit, omni &c.

Iterum transacta dicta dilatione postea citatur *ad videndum sibi præfigi tertiam dilationem Statutariam, & probatum haberi quicquid vult & potest per omne genus probationum, ad primam diem. Instante D. A. principali, siue, &c.*

Relatione facta comparuit idem citra, &c. & petijt vt supra, & Dominus tertiam dilationem Statutariam trium dierum vtilium præfixit, omni, &c.

Intimatur hoc decretum, qualiter Dominus præfixit tertiam dila-

dilationem Statutariam, & aliàs prout in actis. Instante, &c.

Et aduerte, quod istæ intimationes super præfixione termini non sunt necessariæ, & ideò si omittantur non vitiatur processus.

Si autem post tertiam dilationem aliquis vellet producere instrumenta, quæ faciunt probationem probatam, non potest, vt inquit Lucas Pæt. *de dilation. c.10.n.5.lib.2.*

Non ita dicendum est de testibus, qui iurauerunt durante termino, quia tali casu possunt examinari etiam post lapsas dilationes idem Pæt. *d. c.10.n.5. dicto lib.2.*

Scies etiam, quod si nullus petat dilationes Statutarias, si omittantur, quia non fuerunt petitæ, non annullatur processus: secus si fuissent petitæ, & omissæ, vt idem Pæt. *loco citato n.7.*

Dilatio quoque si petatur, pendente priori, incipit post terminatam primam, & non à die concessionis, vt inquit idem Pæt. *loco citato n.9. d. c. 10. lib. 2.*

Et quia superius datus est tibi modus publicandi dicta testium non erit extra rem etiam aliqua de materia ponere, secundum Pęt. *c.11. lib.2.*

Quando post didicita testificata detur examen super articulis contrarijs, vide Pæt. *loco citato n. 1. et. 3.*

Quòd publicatio testium non impedit nouam productionem in pluribus casibus, quos videbis apud eumdem Pæt. *loco citato n. 2.* ad quem te remitto.

Qui terminus ad opponendum contra testes, & testificata, soleat dari, est ibidem apud Pæt. *n. 4.* vbi, quòd est quinque dierum vtilium à die habitæ copiæ.

Tu in praxi hoc seruabis, quod quando fuit facta copia, citare debes partem aduersam ad reluendam copiam, vt docet Pęt. *loco supradicto n.7.*

Habes etiam *ibidem num. 8.* quod si Iudex pronunciaret non obstante publicatione petita, talis sententia non posset dici nulla: & reddit rationem, quam videbis apud eum.

Post examen testium solet dari illorum reprobatio, si ab aduersario petatur: & tempus pro tali reprobatione erit quinque dierum vtilium, si credimus Pęt. *c. 12 numero 12. de reprobatione testium lib. 2.*

Modus etiam talis reprobationis traditur ab eodem Pæt. eodem loco, & citatio, quæ ibi legitur registrata, est huiusmodi.

Citetur D. N. ex aduerso principalis ad declarandum an velit vti testibus pro eius parte examinatis pro veris legalibus, & fide dignis, &

non falsis, nec subornatis, cum instanti sint citra iniuriam loquendo suspecti de falso, & intendat eos de falso reprobare: alias declaratione non facta, videndum declarari tempus, vt supra ad reprobandum concessum, non currere (si est reus, qui citat, si verò sit actor aisit) alias videndum declarari, illius nullam fidem esse adhibendam, ad primam diem. Instante D. A. principali siuè, etc. Lucas Michelangelus Notarius.

Relatione facta comparuit idem citra, etc. et petijt, et obtinuit, vt supra, nisi ad primam diem cum intimatione, omni etc.

Hoc decretum non erit inutile parti intimare, vt habeat maiores vires, vt in alijs decretis, in quibus pars contumax reddi debet.

Multi procuratores sunt, qui ex ista citatione, & decreto, si pars aduersa declarat, assumunt causam querelandi suum contrarium, & testes. Atqui, vt vera loquar, in multis est vtilis, quia ex hoc refrenantur multi cauillosi, & male compositi, ad inducendos testes illegitimos, qui vtinam non reperirentur, cùm quotidie Aselli ipsi de eis debitè conquerantur, cum à magistro iustitiæ ad inuicem sæpè humeris mitratorum testium dimissis, per errorem illos verberet, & aliena vulnera cum coacto onere supportare coguntur: & memini casum, in quo subornator illorum Asellum subornato oneratum ad ignominiam ducebat per Vrbem, qui acerrimè vna cum Asello verberabatur. Alij vero hinc habentes rem cum simplicibus, assumunt causam indebitè vexandi innocentes. Ideò hoc didici, & omnes procuratores cauere debent, non se ingerere in instruendo testes, & non sic de facili clientibus credere; quia isti animi passione offuscati multa proponunt, quæ iniusta, & illegitima sæpius reperiuntur, & causant ipsis procuratoribus dedecus, & ignominiam. Satis.

Supradicta declaratio vel est facienda ab ipso principali, vel à procuratore specialiter deputato, vt inquit Pet *loco citato num. 4. 5. et. 6.*

Sed cauti procuratores non se ingerunt, & procurant, quod principales producant articulos, & alia faciant, ex quibus error possit oriri, vt Pæt. *ibidem num. 9.* vbi etiam dat pulchram cautelam addendi cuilibet articulo hæc verba. Et alias, prout testes informati deponent.

Quę dicta sunt de testibus in hac materia, deseruiunt etiam in productione, & vsu iurium, vt *ibidem num.* 10. Reliqua de materia videbis apud eundem loco citato per totum.

De

De instantia, quæ sit, quo tempore expiret, & perimat, quando incipiat; quando prorogetur, & quando instauretur, non loquor, quia onus mihi abstulit Lucas Pæt. *in sua praxi cap.* 14. *tit. de Instantijs lib.* 2.

Restat sententia, quia factis probationibus, actor vt finem, pro quo agit, consequatur, illam debet obtinere, & quia non potest sine citatione, illius formam tibi trado iuxta mentem dicti Pæti egregij, & accuratissimi viri.

Citetur D. N. ex aduerso principalis, & D. Cesar. Colatius eius Procurator ad videndum deferri iuramentum in supplementum plenæ probationis, quatenus opus sit; nec non concluden. concludique videndum, & audiendum sententiam diffinitiuam ad primam diem. Instante D. A. principali, siue &c.

Ista citatio vtilius exequitur personaliter, licet sufficiat etiam domi in manibus domesticorum; & executa reproducitur, & substitutus causæ in calce sic rogat reproductionem, & decretum.

Relatione facta comparuit idem citra etc. et petijt vt supra, omni etc. Et

Dominus pronunciauit, & sententiauit, prout in cedula tenoris etc. omni etc. Præsentibus C. et B. testibus etc. & ponuntur testes, qui fuerunt præsentes, iuxta antiquum stilum Tribunalis.

Tenorem sententiæ non tibi trado, quia illa est communis omnibus Tribunalibus, & habes supra.

Bene verum est, quod debes aduertere secundum Pæt. *c.* 15. *de sentent. prolat. num.* 3. *S. hæc autem libr.* quod pars dictæ sententiæ debet inscribi manu propria ipsius Iudicis, vt puta à verbo, *Quia diximus,* vsque ad finem.

Reliqua, quibus indiges de iuramento in supplementum, de conclusione, & an sententia sit ferenda in scriptis, an debeat esse conformis libello in actis dato, quid debeat continere, an possit fieri diffusio, an sit necessaria expressa condemnatio expensarum, & reliqua, subministrantur ab eodem Pæto *loco citato per totum decis.* ad quem te remitto.

De Appellationibus, & re iudicata.

Appellatio regulariter in Iudicijs summarijs non solet admitti, nisi constet de nullitate, & iniustitia. Pæt. *c. 3. tit. de caus. possess. num. 5. lib. 4. & c. 5. tit. si plures contendant, numer 4. dicto lib. 4.*

Prout non licet appellare à decretis in causis à decem scutis infra. *c. 6. de causis à decem, num. 1. dicto lib. 4.* & idem dicitur in executiuis, vt supra diximus.

Et in Foro Capitolino licet aliquando appelletur viua voce, vt Pæt. *de appell. c. 1. num. 3. & 8.* nihilominus appellatio est necessaria in scriptis, & fit præcipuè quando quis appellauit viua voce, saluo Iure appellandi in scriptis, vt Pæt. *ibidem num. 8.*

Tu tamen scies, quod qui appellat viua voce, saluo iure appellandi in scriptis, si Iudex præfixerit certum terminum ad redeundum pro apostolis, & talis terminus labatur; talis appellans illo elapso non potest amplius appellare; vt refert Pæt. *ibidem num. 10.* Quæ autem debeant exprimi in appellatione in scriptis, ponit idem *ibidem num. 16.*

In executiuis autem, siuè agatur de pecunijs, siuè de re, semper est faciendum depositum infrà triduum, quia secus appellatio deseritur in d. Foro. Pæt. *c. 5. tit. de deposito faciendo num. 2. 9. & 15.* Et idem dices de appellante à taxatione expensarum. Pæt. *c. 1. de expensis litium num. 19. & 26. lib. 9.* licet ab excessu istarum sit permissa appellatio, vt Pæt. *dicto tit. de expens. numer. 18. 19. & 37.*

A diffinitiua est permissa appellatio, & viua voce, & in scriptis infra octo dies. Pæt. *de appellat. c. 1. num. 1. lib. 5.* Et si non adest copia Iudicis, potest appellare coram honesta persona, requirendo Notarium, vt de eius diligentia fidem faciat, & ipse respondeat de apostolis; vt docet idem Pæt. *dicto c. 1. num. 25. de appellat. dicto lib. 5.*

Si verò sententia D. Capitanei est conformis priori, denegatur appellatio. Pæt. *c. 13. de sentent. prolation. num. 9. lib. 5.* In eo verò, in quo non est conformis priori, appellatur ad Illustrissimum Senatorem. Pæt. *c. 14. de tertia seù vlteriori instantia num. 1.* Et si contingit, quod Senatoris sententia non sit conformis cum prima, vel

vel secunda, datur appellatio ad ipsum Capitaneum. Pet. *loco citato num. 2.*

Quando autem ab interlocutorijs latis per Capitaneum liceat appellare, videbis apud Pet. *c. 11. de iustificat. & impugnat. sentent. num. 8. lib. 5.*

Datur etiam appellatio à pronuncia desertionis Pet. *c. 7. de reiection. appellation. num. 3. lib. 5.* Idem dices, à reiectione appellationis, vt *ibidem numer. 5.* vbi vide distinctionem, & declarationem.

Alii casus, in quibus licet, vel non licet appellare, enumerantur ab eodem Peto *c. 1. de caus. nullit. lib 6. num. 13. c. 1. de execution. rei indicat. num. 10. lib. 8. & c. 1. de exequution. rei iudicat. extraordinarijs numer. 15. lib. 8. & c. 6. de appellation. ab interlocutorijs numer. 14. lib. 5. & cap. 1. de execution. instrum. numer. 28. lib. 3. & c. 2. generalis forma procedendi num. 15. lib. 4. & c. 1. de appellation. & re iudicat. num. 2. 11. 12. 19. & 21. dicto lib. 4.*

Quando verò fuit appellatum, debet presentari coram Capitaneo intra quinque dies à die, quæ fuit interposita; & istam functionem potest facere quilibet procurator, etiam sine mandato. Pet. *c. 4. de presentation. appellation. num. 1. et 2. lib. 5.* Qui Capitaneus recepto instrumento appellationis à diffinitiua, debet statim inhibere, vt *ibidem num. 6.*

Si autem contingat, quod Capitanei sedes vacet, tunc Illustrissimi DD. Conseruatores dicuntur gerere vices eius, & ipsi solent inhibere. Pet. *ibidem num. 4.*

Et quando appellatio sustineatur, tradit Pet. *c. 6. de appellation. ab interlocutor. num. 3. 4. 5. 7. 8. et 9. lib. 5.*

Et quando dicatur instructa, dicit idem Pet. *c. 8. de prosequution. appellation. num. 6 lib. 5.* Et quomodo instruantur, tradit idem *c. 14. de tertia, seu vlteriori instantia num. 3. dicto lib. 5.*

Si autem venerit casus desertionis, in qua etiam nullitas deducta fuerat, non erit preclusa facultas dicendi de nullitate. Pet. *c. 1. de caus. nullit. num. 35. lib. 6.*

Quis autem Iudex exequatur sententiam post desertam appellationem, tradit idem Pet. *c. 1. de exequution. rei iudicat. numer. 14. lib. 8.* Et an illa deserta per lapsum fatalium, requiratur declaratio iudicis, *ibidem* dicitur *num. 16.* Et aduerte, quod post desertionem debes accipere illius fidem, illamque parte citata producere coram Iudice à quo, vt *num. 17.*

De apostolis non loquor, quia de eis diffusus sermo apud eundem

dem

dem Pęt. *c.* 1. *de appellat. rei iudic.* & *c.* 2. *de apostolis lib.* 5.

Prout non loquor de prosecutione causę appellationis, quoniam super necessariis datur tibi forma ab eodem Pęto *c.* 8. *de prosecution. caus. appellat. lib.* 5. Et idem dico de Consultore, & eius officio, quoniam idem beneficium habes à dicto egregio viro Luca Pęto *c.* 10. *de offic. Consultor. dicto lib.* 5. à quo etiam reliqua circa Praxim Capitolinam suppeditantur.

De Restitutione in integrum.

HOc Iudicium etiam requirit aliquando libellum, & ideò formulam usi ascriptam appono.

Coram vobis Excellentissimo D. secundo Collaterali comparet procurator, & eo nomine D. Franciscę Laxæ vxoris D. Marii Valdambrini Cortellinarii, narrans et exponens, quod extorto mandato à Dominico Calenda contra eius virum absentem, & ad inopiam vergentem, ipsa Francisca exhibuit creditum dotale anterius aduersario, vna cum inhibitione, ad effectum retinendi pro iuribus dotalibus bona viri. Ac licet prædicta Francisca petierit votum affectamenti à D. primo Collaterali, nihilominus dicto voto denegato fuit mandatum, exequi mandatum relaxatum contra dicta bona viri, non obstante inhibitione, & iuribus dotalibus anterioribus. A quibus, & aliis grauaminibus cum fuisset infra legitima tempora appellatum, nihilominus ob eius paupertatem, & patronorum carentiam, cum ipsa ab eius viro fuerit absque defensoribus relicta, dictam appellationem prosequi non potuit infrà legitima tempora, nec pro apostolis redire contra dictum Aduersarium: propter quam non prosecutionem cum enormiter in suis iuribus læsa reperiatur, cum habeat potiora, & anteriora iura. Quapropter petit aduersus dictam non prosecutionem se in integrum restitui, dictoque aduersario inhiberi, ne audeat exequi facere aliquod mandatum contra bona dicti sui viri, ac iuris, & facti remediis cogi, & compelli, eidemque ius, & iustitiam ministrari non solum modo, & forma præmissis, sed etiam omni alio meliori modo &c. officium vestrum humiliter, & ex pietate implorando &c.

Hoc Iudicium quando principaliter intentatur, habet processum,

um, prout in iudiciis ordinariis: sic disponit Statutum Vrbis *c.50.* Et si petitur per procuratorem, talis procurator potest, si habet mandatum speciale. Galganett. *ad dictum Statutum in principio*, vbi limitat, quod si petitur incidenter, non est necessarium tale mandatum.

Et si petitur aduersus duas conformes, aut rem iudicatam, non impedit executionem; & intelligitur cum clausula, sine præiudicio: sic dicit dictum Statutum *cap.50.*

Quod Statutũ dicit etiã, quod in tali iudicio proceditur sũmariè.

Quando autem petitur incidenter, supersedetur in executione per decem dies vtiles, quod tempus potest prorogari ad alios quinque, quibus elapsis Iudex debet procedere ad vlteriora.

De Causis commissarijs.

Causæ commissariæ quoque cognoscuntur aliquando in Foro Capitolino, quando Iudicibus dicti Fori diriguntur Commissiones Apostolicæ. Et in hoc casu cauere debes, quòd si causę ab initio committuntur, tunc citationes non possunt exequi per Mandatarios Capitolinos, sed per Cursores Sanctissimi D. N. Papæ; si verò superueniunt Commissiones pendente lite, illaque iam introducta; & tunc citationes possunt etiam exequi per ipsos Mandatarios, vt benè distinguendo declarat Lucas Pętus *de nuntijs, et executoribus cap.5. num.3. lib.1.*

Sunt autem quæ per Apostolica scripta in dicta Curia committi solent, causæ discusionum hæreditatum, causæ concursus Creditorum, causæ dotium, quando vir vergit ad inopiam, causę iactationum vigore *leg. diffamari* pro impositione silentij, nec non cessionis bonorum; quas enumerat d. Lucas Pæt. *tit. de iudicijs vsque ad num.5.*

Quomodo etiam procedatur in istis causis, habes eumdem *loco citato num.5.*

Et hęc sufficiant, durante mense Iulij & Augusti 1651. tibi tradita, vt Domino meo singularissimo obtemperarem, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Domini mei Iesu Christi eius Filij, & eiusdem Dei Genitricis Mariæ meę Aduocatæ, & ad vtilitatem volentium, pro nunc

FINIS.

IN

INDEX TITVLORVM

Praxis Iudiciariæ Tribunalium Vrbis.

DE IVDICIIS. pag.3.

De

Com-

F I N I S.

BRACCIANI. M.DC.LI.

Sumptibus Virgilij Salui, & Dominici Grialdi.

Apud, IACOBVM q. ANDREAE PHAEI.

SVPERIORVM PERMISSV. & cum Priuilegio.